CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

EPHRAEMIUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXL.

EPHRAEMIUS

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXL.

030025945

EPHRAEMII MONACHI

IMPERATORUM ET PATRIARCHARUM

RECENSUS

INTERPRETE ANGELO MAIO.

ANGELI MAII PRAEFATIO.

Historia Romani imperii, quod mature in Occidente exstinctum longe diuturnius in Oriente usque ad captam a Turcis Cpolim vitam suam propagavit, multorum profecto ingenia facultatemque scribendi exercuit, atque in his praecipue Byzantinos, ut vulgo loquimur, facundi oris homines, quorum magna et perutilia volumina a Gallicanis olim typis accepimus, nunc autem consociatis curis recognita novisque monumentis locupletata Germani homines doctissimi, consilio et ope ill. Niebuhrii, rursus exhibent. mihi ex iis qui Caesaream historiam scripserunt valde utilis atque exoptabilis visus est Ephraemius, cuius chronicon iambicis versibus elaboratum ab imperii fundatore Iulio Caesare usque ad receptam a Graecis e Francorum dominatione Cpolim per mille scilicet ac trecentos annos extenditur. iam hic historicus non solum ineditus erat, verum etiam tantae raritatis ut nonnisi in unico bibliothecae Vaticanae codice 1003 superesse videatur. primus hunc auctorem commemoravit, quod ego sciam, saeculo quinto decimo Raphaël Volaterranus in commentariis urbanis lib. 15 p. 176: *Ephraem Graecus ducentis abhinc annis vitas principum Cpolitanorum iambico carmine scripsit, quod opus in bibliotheca Vaticana cernitur.* atque hoc Volaterrani testimonium non latuit Vossium de hist. Gr. lib. 2 29. deinde Ephraemium saepe ad partes vocavit magnus

Allatius *), qui nunc chronographum Byzantinum nunc monachum appellat, sed nullam praeterea notitiam hominis tradit. laudata apud Allatium fragmenta Ephraemii legisse identidem se demonstrant Vossius hist. Gr. 2 28 et 29, Cangius in glossario, Cavaeus in ecclesiasticis scriptoribus, Fabricius in Gr. bibliotheca, Lequinius in patriarchatu Cpolitano, denique Bruckerus hist. philos. tom. 3 p. 549. hi enim auctores a me sunt observati; neque tamen dubito quin alii quoque ex Allatio Ephraemium noverint. iam Allatium ad excerpenda Ephraemii fragmenta usum fuisse codice Vaticano 1003 valde affirmarem, nisi varietates scripturae aliquot perplexum me redderent **). praeterea in codice acephalo Vati-

---

*) de consensione p. 435, 699, 702, 725, 776, et dissert. de Georgiis (ed. Fabric. bibl. Gr. t. 10) p. 664, 687, 807; item de Psellis (ed. Fabric. bibl. Gr. t. 5) p. 22 et contra Creyghtonum p. 306, 330, 526, 539, 614, 701, et in annotationibus ad Acropolitam cap. 6, 13, 16, 18, 33. idem Allatius de consens. p. 435 et ad Acropolitam cap. 33 dictum Ephraemii approbat de Trinobi episcopo Bulgariae primati subiecto, non Byzantino, ut ait Acropolita; quare et ego ad Allatii sententiam iam accedo. rursus idem in annot. ad Acrop. cap. 6 falli ait Ephraemium qui Camaterum patriarcham pulsum a Latinis Byzantio narrat, quum ipse sponte antea recessisset. denique contra Creyght. p. 701 egregie explicat dictionem *πομπὴ ἐπεισόδιος*, quod sit nempe solemnis in aulam ingressus novi Caesaris. quamobrem versus 6337, in Alexio 3, sic explicandus est; lexicographi autem vocabuli *ἐπεισόδιος* rationem deinceps habebunt, nec non v. 1253 *γνίφων* et v. 1517 *καινίς* et v. 2096 *τερμέριον*, v. 3875, 4141 et alibi *ὑγρόχερσος*. item animadvertent philologi notam S″ adhiberi ab Ephraemio non ad dimidiam sed ad quamlibet fracti numeri partem significandam.

**) hae varietates partim quidem nihil aliud sunt nisi menda typographica apud Allatium: partim vero, quia fortasse in codice videbantur deteriores lectiones, ab Allatio fuisse suspicor tacite immutatas. nonnullae tamen variae lectiones diversum codicem designare videntur. sic v. 4764 apud me, id est in codice Vaticano, est *τὶς τυγχάνων:* at Allatius contra Creyght. p. 527 *τυγχάνων τε.* apud me v. 6031 et 10238 est *ἐθάδα:* at Allatius *ἐνθάδε*, ut p. 241 n. 2 dixi. apud me v. 7713 *κραταρχεῖ:* at Allatius ann. ad Acropol. cap. 18 *κατάρχει.* item v. 7716 apud me *ἀνδρεῖον:* at Allatius loc. cit. *ἀρεῖον.* apud me v. 7197 et alibi *θεοσδ.:* at Allatius ad Acrop. cap. 13 *θεοδ.* apud me v. 7206

cano nomen Ephraemii non legitur; neque id ego divinavissem, nisi comparato codice cum laudatis ab Allatio fragmentis mihi innotuisset. superest ergo ut Allatius vel alium codicem prae manibus habuerit, vel certe Vaticanum nondum fortasse tum acephalum legerit, paucas autem varietates ipse exscribens effecerit. profecto cum folium tantummodo primum a codice absit, in quo nomen auctoris esse debuit, valde suspicor post Allatii aetatem id excidisse, cum codex Pio VI regnante, cuius nunc stemmata gerit, a bibliopego compactus fuit. et sane mihi narrant multa huiusmodi damna ab operarum inscitia Vaticanis codicibus, praesertim Graecis, accidisse. sed de codice hactenus. iam cum neque Allatius, ut dixi, neque alii eruditi quicquam de Ephraemio chronographo narrare videantur, mihi quidem de viro hoc quaerenti occurrebat Ephraemius ille, quem Iohannes XII patriarcha Cpolitanus ante sacram suam dignitatem legitimis nuptiis genuit; de quo nominatim Ephraemio verba facit Pachymeres in praedicti patriarchae notitia tom. 2 lib. 4 11, dum ait episcopos inter ceteras criminationes patriarcham reprehendisse quod bona ecclesiae Ephraemio filio suo dispensanda relinqueret, non constituto prout leges iubebant oeconomo. reapse et noster chronographus in patriarcharum catalogo memorat masculum Iohannis XII filium; sed de se ipso haud diserte loqui significat. et tamen aetas apprime congruit: namque hic Iohannes patriarchatum retinuit usque ad Christi annum 1304, noster autem Ephraemius chronicon suum anno 1313 concludit. iam ego fontes Ephraemicae chronologiae comperi, Zonaram quidem usque ad Alexii I Comneni obitum, Nicetam Choniatam usque ad Balduinum I imperatorem, deinde vero Georgium Acropolitam. age vero quod Ephraemius historiam poëtico metro con-

---

ἐμπαθεῖ θέᾳ: at Allatius loc. cit. *ἐμπαθῆ θέαν.* apud me v. 7404 *ἐπεισπεπαικώς:* at Allatius loc. cit. *ἐπεισπεπτωκώς.* apud me v. 10355 *πω* et 10359 *ἐκδούς:* at Allatius *που* et *ἐνδούς*, ut proprio in loco dixi.

scripserit, nemo magnopere irascatur, primo quia carmen iambicum narrationis perspicuitati peridoneum est et memoriam legentium apprime iuvat; deinde quia Pisidas etiam, Constantinus Manasses atque Tzetzes impune suas historias versibus composuerunt; qui nihilo minus auctores, praecipueque Tzetzes, magno usui apud eruditos sunt. atque ego Ephraemii quidem historiam propter suam eximiam utilitatem ad Latinam consuetudinem, soluta tamen oratione, transtuli: etsi enim olim poëticam non neglexi, nunc tamen pangendorum versuum plus decem milibus otium mihi voluntasque defuit.

* * * *)

Γάϊος ἔτη δ'.

Εἶτα κατέσχε τὸ κράτος τῶν Αὐσόνων
Γάϊος, Ἐπίκουρος ἢ Σατὰν τρόπον,
ὑπὲρ φύσιν βρότειον αὐτὸν σεμνύνων
ἢ καὶ θεουργῶν, ἢ κατάπτυστος φύσις,
ἀνὴρ ἀσελγὴς ἀποφρὰς μιαιφόνος·
ἐφ' οὗ Στέφανος πρωτομαρτύρων κλέος
μαρτυρίου στέφανον εὗρεν ἐκ λίθων,
σοφοί τ' ἐγνωρίζοντο δύο προκρίτων
Ἰώσηπός τε καὶ Φίλων ἐξ Ἑβραίων.

Κλαύδιος ἔτη ιδ'.

Τούτου καταστρέψαντος ἀθλίως βίον,
Ἑρμοῦ φίλος Κλαύδιος, ἠπία φύσις,
ἴσου τε φύλαξ, ὑπερόπτης χρημάτων,

*) deest in codice primum folium, quod Iulii Caesaris, Augusti et Tiberii notitiam continuit. desiderantur igitur ex universo opere versus paulo minus quinquaginta, ut paginarum ratio demonstrat. nihil tamen incognitum in hac lacuna amisisse nos puto. M. (i. e. *Maius*).

* * *

Caius annis 4.

Deinde Romanorum imperium tenuit Caius, vita Epicurus vel potius Satan, supra humanam naturam extollens semet divinamque affectans, vilissimus mortalis, (5) impudicus, scelestus, sanguinarius; sub quo prima Stephanus gloria martyrum adeptus est coronam de lapidibus. item sapientes praecluebant duo, Iosephus atque Philo, uterque Hebraeus.

Claudius an. 14.

(10) Postquam Caius misere abrupit vitam, literis Claudius et clementia praeditus, iustique tenax et pecuniae contemptor, Romani im-

τὰς ἡνίας εἴληφεν αὐσοναρχίας.
τούτου κρατοῦντος Θευδᾶς καὶ Σίμων μάγος
πολλοὺς ἐλυμαίνοντο κακοτεχνίαις,
πρῶτος δ' ἐπιβέβηκε τῆς Ῥώμης Πέτρος
σωτήριον κήρυγμα κηρύσσων ὅλοις.

Νέρων ἔτη ιδ'.

Μεθ' ὃν παρῆλθεν εἰς βασίλειον κράτος
Νέρων ἀσελγής, ἐμφερὴς τῷ Γαΐῳ,
ϑηλυδρίας ὢν καὶ ϑύλακος σαπρίας,
πρῶτος διώκτης, εὐσεβῶν καθαιρέτης
Χριστοῦ τε μυστῶν προκρίτων ἀναιρέτης.
εἶτα Γάλβας Ὄθων σὺν Οὐιτελίῳ
ἐπὶ βράχιστον τοῦ κράτους γεγευμένοι.

Οὐεσπασιανὸς ἔτη ι'.

Μεθ' οὓς κατηγλάϊσε τὴν κραταρχίαν
Οὐεσπασιανός, κλέος βασιλέων,
ἀρχὴν δράσας εὖ καὶ πλατύνας εἰς μέγα,
ἐχϑρῶν νικητής, φιλότιμος τὴν χέρα,
ἀνήρ τις εὐπρόσιτος, ἡδὺς τοῖς φίλοις,
ὑπηκόοις δ' ἅπασι καὶ πεφιλμένος.

Τίτος ἔτη γ'.

Μεθ' ὃν Τίτος παῖς παραλαμβάνει κράτος,
ϑάλασσα καλῶν, φιλοδωρίας χύσις,

perii habenas tractandas cepit. eo regnante Theudas et Simon magi (15) malis permultos artibus decipiebant. primus autem Romam accessit Petrus, salubre cunctis nuntians evangelium.

Nero an. 14.

Post hunc pervenit ad potentiam regiam Nero luxuriae incontinens et Caio par, (20) pathicus vir et sacculus putredinis, primus piorum persecutor mortifer, praecipuorum Christi asseclarum carnifex. deinceps Galba Otho Vitelliusque degustaverunt sceptrum quam brevissime.

Vespasianus an. 10.

(25) Post hos ornavit Caesaream dignitatem Vespasianus, regnatorum decus, sospitator imperii propagatorque, hostium victor, et manu munificus, accessu facilis, iucundusque amicis, (30) subditis cunctis admodum dilectus.

Titus an. 3.

Successit in imperium Titus filius, bonitatis mare, effusa liberali-

εὐεργετικός, συμπαθής τις καρδία,
χρηστὸς τρόποις οἷς ὡραΐζεται κράτωρ,
ἄναξ ἀριστεὺς καὶ στρατηγὸς γεννάδας,
Ἰουδαϊκοῦ τοῦ θράσους καθαιρέτης·
οὗ πᾶσιν ἀοίδιμον ᾄδεται τόδε,
τὸ σήμερον δὲ μὴ βεβασιλευκέναι,
εὖ τινὰ μὴ δράσαντα ταῖς εὐποιίαις,
καὶ "δεῖ τινὰ πρόσωπον ἄνακτος πάλιν
ἰδόντα μηδὲν στυγνὸν ἀνθυποστρέφειν."

Δομετιανὸς ἔτη ιε'.

Τούτου τὸ βιοῦν ἐκμετρήσαντος μόρῳ
Δομετιανός, ἡ βδελυρὰ καρδία,
φύσιν Τίτου σύναιμος, οὐ τρόπους ὅλως,
ἀναξίως εἵληφε τὴν αὐταρχίαν,
Χριστοῦ κολαστὴς οἰκετῶν καὶ μαρτύρων,
ἐφ' οὗ φιλητὸν τὴν θεηγόρον χάριν
νῆσός τις ἐξόριστον ἔσχεν, ἡ Πάτμος.
ηὔχει δ' Ἀπολλώνιος τερθρείαις τότε,
Πυθαγορικὸς Τυανεύς, σοφὸς γόης,
ὃς καίπερ ὢν πόρρωθεν ἀναιρουμένου
δηλοῖ παροῦσι τοῦ τυράννου τὸν μόρον.

Νερούας ἔτος α'.

Τούτου καταστρέψαντος αἰσχρῶς τὸν βίον
κλῆσιν Νερούας, εὐγενὴς ψυχὴν δέμας,

tas, beneficus, clementi instructus animo bonisque moribus qui regnantem decent, (35) princeps egregius, imperator strenuus, Iudaicae ferociae debellator. huius ab omnibus celebratur dictum "equidem hodie minime regnavi, quoniam beneficio affeci neminem." (40) itemque "qui ad conspectum regis venerit, eum non oportet tristem inde abscedere."

Domitianus an. 15.

Ubi cum vita mortem mutavit Titus, Domitianus animum scelestum gerens, Titi natura frater sed aliis moribus, (45) Christi servorum martyrumque carnifex, imperio contra meritum est potitus. sub eo dilectus propheticus discipulus in quadam exsulavit Patmo insula. tunc se iactavit praestigiis Apollonius (50) Tyanensis Pythagoricus, impostor callidus; qui procul licet degens nuntiavit tamen tyranni caedem iis qui sibi aderant.

Nerva an. 1.

Postquam Domitianus foede interiit, Nerva animo et corpore prae-

τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα παραλαμβάνει,
ταμεῖον ὄντως ἀρετῶν Χριστοῦ δίχα,
καλοῦ δὲ παντὸς αὐτοκράτορσι τύπος.
ἐφ᾽ οὗ τις ἀμύθητον εὗρε χρυσίον,
θησαυρὸν ἄβρὸν ἐγκατακεχωσμένον,
ὃν ἐκκαλύψας κράτορος μένει κρίσιν·
ὁ δ᾽ αὖ κεχρῆσθαι μηνύει καὶ κατέχειν.
ἀλλ᾽ ὑπὲρ αὐτὸν εὑρεθὲν φάσκει πέλειν.
ἦ δ᾽ ὃς "κατακέχρησο τοῖς εὑρημένοις."

Τραϊανὸς ἔτη ιη΄.

Τούτου λιπόντος σὺν κραταρχίᾳ βίον
Τραϊανός τις, παῖς θετὸς τούτου, στέφος
καὶ σκῆπτρα παρείληφε τὰ τῶν Αὐσόνων,
εὐρὺ κλέος σχὼν ἐν νίκαις καὶ πρακτέοις,
εἰ καὶ διώκων εὐσεβεῖς ἦν μετρίως·
καθ᾽ ὃν χρόνον βέβρωτο θηρίων γνάθοις
ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος ἐν Ῥώμῃ,
ἄλλοι τε πλεῖστοι μαρτυρικῶς τὸν βίον
Χριστοῦ χάριν ἦνυσαν ἠγωνισμένοι.
τούτων μαθόντα τὸν κρατοῦντα τὸν φόνον,
ὡς οὐ πονηρᾶς αἰτίας πάσχειν τάδε,
οἷς δὲ Χριστὸν σέβουσιν ὡς θεὸν μόνον,
μὴ δεῖν κολάζειν θεσπίσαι χριστωνύμους.
τοῦτόν γ᾽ ἐπάρχῳ χειρίσαντα τὸ ξίφος

58 nempe Herodes Atticus, ut narrat in vitis Philostratus. M.

claro cluens (55) Romanae rei suscepit moderamen. hic plane egregius (nisi quod Christo caruit) bonorumque principum typus fuit. sub eo quidam repperit aurum plurimum, amplum nempe thesaurum humi obrutum, (60) quem ad arbitrium Caesaris effossum rettulit. hic autem et retinere hunc iussit eodemque uti. cumque ille maiorem privato rem diceret, "tu vero" inquit Nerva "inventa re vel abutitor."

Traianus an. 18.

Ubi imperium Nerva cum vita dereliquit, (65) Traianus, huius adoptione filius, Romanorum sceptrum occupavit, victoriis vir rebusque gestis inclitus. is tamen pios aliquantum persecutus est; quo tempore contritus bestiarum dentibus (70) theophorus Ignatius in Roma fuit, atque alii insuper plurimi vitam martyres Christi causa certando consummarunt. quorum intellecto Traianus interitu, negavit dignos fuisse talia pati (75) eo quod Christum unice deum colerent; et ne Christiani vexarentur vetuit. idem cum praefecto gladium traderet, dixisse fertur

"δέδεξο τουτὶ ταῖν χεροῖν" τοῦτον φάναι,
"κἂν μὲν καλῶς ᾧ διέπων τὰ τοῦ κράτους,
ὑπέρ γ' ἐμαυτοῦ τῷδε χρηστέον, φίλε·
εἰ δ' αὖ γε κακῶς, κατ' ἐμαυτοῦ καρδίας."

Ἀδριανὸς ἔτη κα'.

Τούτου δὲ βίον καὶ κράτος λελοιπότος
Ἀδριανὸς Αἴλιος, ἀριστεὺς μέγας,
διάδοχος δέδεικτο τῆς μοναρχίας,
ἑρμαϊκός τε καὶ μεγαλόφρων ὅλοις,
μὴ δεῖν κολάζειν θεσπίσας χριστωνύμους.
τούτου δ' ἱππεύοντος ἐν λεωφόρῳ
ἐδεῖτο γυνὴ λιπαρῶς ἐγκειμένη·
ὁ δ' "οὐ σχολάζω" τῇδ' ἐγκειμένῃ λέγει.
καὶ "μηδὲ βασίλευε" πρὸς τόνδ' ἀντέφη·
ὁ δὲ στραφεὶς προσέσχεν αὐτῆς τῇ δίκῃ.
οὗτος πολίζει πρὸς Παλαιστίνῃ πόλιν,
ὅπου Σιὼν ἵδρυτο κατεσκαμμένη,
Καπιτωλίναν καλέσας τήνδ' Αἰλίαν·
καὶ ναὸν ἀντήγειρε Διὶ τῷ Κρόνου,
οὗ πρὶν Σολομὼν τὸν ναὸν τεύξας ἔχει.
τοῦτ' οὐκ ἀνεκτὸν ἦν Ἰουδαίων φύλῳ·
συσπειραθέντες τοιγαροῦν ὡπλισμένοι
ἐπίασι φύλαξι Ῥωμαίοις τόπου,
καὶ σφῶν γε πλείστους ἔδρασαν ἔργον φόνου.

87 δ'] πόθ'?

"hunc cape, amice, manu; et si quidem rem publicam bene gessero, (80) pro mea salute hoc tibi utendum est; sin male imperavero, hoc me confodito."

Hadrianus an. 21.

Post hunc vita defunctum in imperio Aelius Hadrianus, bellator nobilis, regni successor designatus fuit, (85) vir doctus atque magnificus usquequaque, qui etiam vetuit de Christianis poenas sumi. huic aliquando equitanti in via preces mulier quaedam efflictim obtulit: is autem negavit orantem se posse audire. (90) tum illa "ne regnes igitur" respondit; quare is conversus feminae ius reddidit. idem in Palaestina urbem struxit, ubi Sion funditus eversa fuerat, eamque appellavit Capitolinam Aeliam. (95) templum quoque excitavit Saturnio Iovi, ubi olim Solomon suum condiderat. quae res intolerabilis Iudaicae genti fuit: quare coacto armatorum numero Romanum aggrediuntur praesidium loci, (100) eiusdemque ingentem stragem edunt. quod ubi Caesar

ὃ γνοὺς ὁ κρατῶν στρατιᾶς ὁμαιχμίας
ἄρδην Ἑβραίων ἐκθερίζει τὸ στῖφος,
ὀκτὼ μὲν ἀνδρῶν καὶ πεντήκοντα πάλιν
ποσουμένας δοὺς μυριάδας θανάτῳ,
κώμας κατασκάψας δὲ τούτων χιλίας,
φρούρια πεντήκοντα τεθρυλημένα.
οὗτός ποτ' ἀνδρὸς ἦν κατακρίνας μόρον·
καὶ τὸν λαβόντα πῦρ θυμιῶντα λέγειν
"ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἀδικῶν θνήσκω βίᾳ,
Ἁδριανὸν δὲ καὶ ποθοῦντα τεθνάναι
μὴ τοῦ κατ' εὐχὴν εὔχομαι τυχεῖν τέλους·"
ὃ καὶ παθεῖν οἱ συνέβη πρὸς τῷ τέλει,
νόσῳ χρονίως ὑδέρῳ τετηγμένῳ.
κἀπὶ Θράκης δ' αὖ Ὀδρυσοῦ πρὸς χωρίῳ
ἄλλην πολίζει τὴν ὁμώνυμον πόλιν.

Ἀντωνῖνος ὁ καὶ Πίος ἔτη κ'.

Εἶτ' Ἀντωνῖνος εὐσεβὴς κεκλημένος,
βέλτιστος ἀνὴρ εὐαγής τε τοὺς τρόπους,
πάντων τιμῶν μάλιστα τοὺς χριστωνύμους,
χειρίζεται κάλλιστα τὴν κραταρχίαν·
ὅστις γε μάχης καὶ βίας ἐγκειμένων,
ἐπείπερ οὐδὲν εὐπορῶν ἦν χρημάτων,
εἰς ἀγορὰν προύθηκε τοῖς ἠρημένοις
πάντα τὰ λαμπρὰ καὶ τιμαλφῆ τοῦ κράτους·

post v. 115 codex in titulo Ἀντώνιος. sed in textu Ἀντωνῖνος. M.

novit, coniurati exercitus Hebraeorum penitus succidit vires: nimirum is quingenta et octoginta hominum milia leto dedit, (105) pagos etiam gentis subvertit mille cum quinquaginta arcibus nobilibus. porro quidam ab eo neci addictus ture in ignem coniecto testatus est se quidem immerentem ad mortem adigi; (110) imprecari autem Hadriano ne, cum volet mori, voti sui compos fiat; quod revera Hadriano evenit in vitae termino, cum lento hydropis morbo diu tabuit. is etiam in Thracia prope castrum Odrysum (115) de suo dictam nomine novam urbem condidit.

Antoninus Pius an. 20.

Deinde Antoninus cognomento Pius, vir optimus sanctisque moribus, qui Christianos summo in pretio habuit, felici sane fato ad imperium venit. (120) is premente belli necessitate, quia nihil in aerario pecuniae erat, in foro exposuit licitantibus pretiosa principatus orna-

ἀφ' ὧν ἱκανῶν εὐπορήσας χρημάτων
καὶ στρατιωτῶν ἡλικὼς πλείστας ἴλας
μάχην κατορθοῖ καὶ βαθὺν πλοῦτον φέρει·
καὶ πάλιν ἀπέλαβε τὰ πεπραμένα,
αἱρουμένοις δοὺς τὴν τιμὴν ὠνουμένοις.

Μάρκος Ἀντωνῖνος ἔτη ις'.

Καὶ πάλιν ἄλλος Ἀντωνῖνός τις Μάρκος,
πρώτου θετὸς παῖς, φιλόσοφος τοὺς λόγους
τρόπους τε χρηστός, εὐμενὴς χριστωνύμοις,
παραλαβὼν ἴθυνε τὴν κραταρχίαν·
ἐφ' οὗ φάλαγξ κέκλητο κεραυνοβόλος,
ἥτις μερίδος οὖσα τῶν χριστωνύμων
καιρῷ μάχης ηὔξατο Χριστῷ δεσπότῃ,
δίψει στρατιᾶς κινδυνευούσης τότε
ἀντιπάλων τε βαρβάρων ἐπιθέσει·
καὶ δυσμενεῖς μὲν τῷ κεραυνῷ συμφλέγει,
ὀμβρῶν δ' ἐπὶ στράτευμα πλουσίως ὗει.
Ἑρμογένης τ' ἠκμαζε τῆς τέχνης ἴδρις·
δυάς τ' ἐναθλεῖ μαρτύρων Χριστοῦ χάριν,
Σμύρνης ὁ Πολύκαρπος καὶ Ἰουστῖνος.

Κόμοδος ἔτη ιβ'.

Κόμοδος εἶτα, μιαρὸς φαυλεργάτης,
κακῶς ἐπεισέφρησε τῇ κραταρχίᾳ·

127 πεπραγμένα V (i. e. codex Vaticanus apud Maium)

menta omnia; unde pecunia, quantum sat erat, capta, (125) conscriptaque militum ingenti manu, victoriam non sine lauta praeda rettulit; quamobrem res divenditas recuperavit, civibus qui emerant repenso pretio.

Marcus Antoninus an. 16.

Rursumque alius Antoninus Marcus, (130) prioris adoptione filius, doctrina philosophus, moribus egregius, Christianis benivolus, rei publicae gubernaculum coepit regere. sub eo legio dicta fulminatrix, de Christianorum hominum conflata numero, (135) pugnatura Christo domino supplicavit, quoniam et siti exercitus laborabat et barbarorum hostium instabat impetus; statimque hostes fulminibus deflagrarunt, Romanus exercitus imbre copioso maduit. (140) tunc florebat Hermogenes doctus rhetor, Christique causa par martyrum decertavit, Polycarpus Smyrnae episcopus et Iustinus.

Commodus an. 12.

Deinde Commodus impurus scelestus laevo omine arrepsit ad impe-

ἐφ' οὗ Κλήμης ἦν στρωματεύς, σοφὸς μέγας,
καὶ Πάνταινος, κήρυκες ὀρθῶν δογμάτων.

Pertinax et Iulianus.

Μεθ' ὃν κραταρχεῖ Περτίναξ ὁ τριγέρων,
καὶ σφάττεται δὴ πρὸς μέσοις ἀνακτόροις,
καὶ σκῆπτρα παρείληφε τὰ τῶν Αὐσόνων
Ἰουλιανὸς Δίδιος βραχὺν χρόνον

Severus an. 18.

καὶ Σεβῆρος, κράτιστος ἐχθρῶν ἐν μάχαις,
σφοδρὸς κολαστὴς εὐσεβῶν χριστωνύμων,
ἐφ' οὗ σὺν ἄλλοις καὶ πατὴρ Ὠριγένους
Φιλωνίδης εὔρατο μαρτύρων στέφος.

Antoninus Caracalla an. 7.

Τούτου θανόντος Καράκαλος τοὐπίκλην
Ἀντωνῖνος εἵληφε τὴν μοναρχίαν,
αἰσχρός τις ἀνὴρ καὶ πλέον μιαιφόνος,

Macrinus et Avitus an. 4.

καὶ Μακρῖνος βράχιστον ἄρξας τὸν χρόνον.
εἶτα κατωρχήσατο τῆς κραταρχίας
κλῆσιν Ἄρβιτος, Σαρδανάπαλος θέσιν,

rium. (145) sub eo Clemens, stromatum auctor sapiens, Pantaenusque, orthodoxi ambo praedicatores.

Pertinax et Iulianus.

Mox imperavit Pertinax, grandaevus senex, qui in aula palatii interfectus est. sceptrumque arripuit Romani imperii (150) brevi admodum tempore Iulianus Didius.

Severus an. 18.

Hinc Severus, hostium in proeliis domitor, dirus piorum Christianorum persecutor; sub quo cum aliis pater quoque Origenis Leonidas martyrii coronam rettulit.

Antoninus Caracalla an. 7.

(155) Huius exstincti monarchiam excepit Antoninus cognomine Caracalla, foedus homo et maxime sanguinarius.

Macrinus et Avitus an. 4.

Tum et Macrinus brevissime imperavit. deinde in imperio debacchatus est (160) nomine Avitus, cognomine Sardanapalus, Priapi quod-

ἀνδράποδόν τι Πριήπου Διονύσου,
ἄλλος τις ὄντως Σαρδανάπαλος τρόπους,
θηλυδρίας τις ἐκδεδιητημένος.

Ἀλέξανδρος ὁ Μαμαίας ἔτη ιδ'.

Μεθ' ὃν παρῆλθεν εἰς βασίλειον κράτος
Μαμαίας Ἀλέξανδρος, εὐσεβεῖς σέβων·
μητρὸς γὰρ αὐτοῦ Μαμαίας πιστευσάσης
διδασκαλίαις ταῖς σοφαῖς Ὠριγένους,
τιμῆς κατηξίωτο πιστῶν τὸ στῖφος.

Μαξιμῖνος καὶ ἄλλοι ἔτη γ'.

Τούτου σφαγέντος ἀναδείκνυται κράτωρ
Θεοστυγής τις Μαξιμῖνος μαινόλης,
ὅστις διωγμὸν χαλεπὸν χριστωνύμοις
κινήσας ἀπέφηνε μάρτυρας ὅσους.
Σὺν Ἀλβίνῳ Μάξιμος ἔσχε τὸ κράτος
καὶ Πομπιανὸς Πουπλίῳ σὺν Βαλβίνῳ.

Γορδιανὸς ἔτη ς'.

Ὥνπερ θανόντων ζώννυται κραταρχίαν
Γορδιανός τις σὺν ὁμωνύμῳ τέκνῳ·
ἐφ' ὧν ὁ λαμπρὸς ἐν λόγοις Ὠριγένης
ἦν ἐκδιδάσκων μύστας ἐν Παλαιστίνῃ,

173 Ἀλβίνῳ codex; et ita loquitur etiam Zonaras. M.
174 Zonaras Πομπηϊανός. M.

dam Bacchique mancipium, moribus vere Sardanapalus alter, effeminatus admodum et luxuriosus.

Alexander Mamaeae an. 14.

Post hunc pervenit ad regnum Alexander (165) Mamaeae filius, Christianorum reverens: cum enim eius mater credidisset sapientibus Origenis doctrinis, honor credentium ordini haberi coeptus est.

Maximinus et alii an. 3.

Occiso Alexandro creatur imperator (170) exsecrandus furiosusque Maximinus quidam, qui dira commota adversus Christianos persecutione plurimos fecit martyres.

Tunc etiam regnaverunt Maximus et Albinus et cum Pupieno Publius Balbinus.

Gordianus an. 6.

(175) His exstinctis summa potestas devenit ad Gordianum quendam filiumque eius; sub quibus inclitus doctrina Origenes in Palaestina disci-

οἷσπερ συνηρίθμηντο σύγγονοι δύο,
ὁ γρήγορος νοῦς, θαυματουργὸς τοὐπίκλην,
πρὸς δ' αὖ Ἀθηνόδωρος, οὐχ ἥττων λόγους.

Φίλιππος ἔτη ϛ'.

Μεθ' οὓς Φίλιππος εὐμενὴς χριστωνύμοις,
μᾶλλον δὲ Χριστῷ προσδραμεῖν αἱρεῖ λόγος
εὐχῶν τε πιστοῖς συμμετασχεῖν ἀσμένως,
καί οἱ θριαμβεῦσαί γε τὰ πεπραγμένα,
ἄλλως προέδρων τόνδε μὴ δεδεγμένων.
ᾧ Βόστρα πατρίς, οὗ κτίσας ἔχει πόλιν,
ἣν πᾶς Φιλίππου τήνδε φημίζει πόλιν.

Δέκιος ἔτος α'.

Εἶτα Δέκιος τοῦ κράτους δεδραγμένος
εὐθὺς διωγμὸν κατὰ πιστῶν ἐκφέρει,
ὃν ὑπερέσχον εὐψύχως ἠνδρισμένοι
Κυπριανός τε Βαβύλας καὶ μυρίοι·
ἥττηντο δ' ἄλλοι καὶ τάλας Ὠριγένης.
τότ' ἦν Ναυάτος, ἡ μισάνθρωπος φύσις,
ἐκκλησίας δ' ὢν Ῥωμαίων θυηπόλος
ἔφασκε μὴ δεῖν βασάνοις τεθνκότας
μετανοοῦντας προσδέχεσθαι καθάπαξ.
ὃ πατράσιν ἔδοξε πίστεως νόθον,
καὶ μὴ μεταγνοὺς ἐκκεκήρυκται τάλας.

191 ὃν codex. nisi mavis ὧν. M. 194 ita etiam Zonaras. sed intelligendus potius Novatianus. M.

pulos erudiebat; quorum erant in numero fratres duo, (180) Gregorius cognomento thaumaturgus, atque Athenodorus doctrina non inferior.

Philippus an. 6.

Secutus est Philippus, Christianis benivolus, immo vero, ut fama est, Christi assecla, credentium sodalitio adiungi optans (185) Christoque suos triumphos referre acceptos; quem tamen sacri non admiserunt praesules. huic Bostra patria; prope quam aliam condidit, quam Philippi urbem omnes vocitant.

Decius an. 1.

Imperio postea potitus Decius (190) Christianos sine mora coepit persequi; cui restiterunt insigni fortitudine Cyprianus Babylas aliique plurimi. lapsi sunt alii; in his infelix Origenes. tunc fuit Novatus malivoli vir ingenii; (195) qui cum Romanae ecclesiae sacerdos esset, eos qui cruciatibus victi sacrificassent, ad paenitentiam recipere pernegabat. id dogma patribus a fide alienum visum est; cui dum haeret, communione infelix pellitur.

Γάλλος καὶ Αἰμιλιανὸς ἔτος α'.

Βίον Δεκίου καὶ κράτος λελοιπότος
κατῆρξε Γάλλος, ἡ βέβηλος καρδία,
βαρὺς κολαστὴς Χριστιανῶν τυγχάνων·
Αἰμιλιανὸς τέτταρας μῆνας μόλις,
ἡνίκα Σαβέλλιος ἦν, σκαιὸς Λίβυς,
ὃ σύγχυσιν δρῶν ἀσεβῶς ἐν τριάδι
θείων προσώπων καὶ συναλείφων φύσεις.

Βαλλεριανὸς καὶ Γαλιηνὸς ἔτη ιε'.

Αἰμιλιανοῦ δὲ σφαγέντος ἀθλίως
Βαλλεριανὸς παραλαμβάνει κράτος,
βαρὺς διώκτης εὐσεβῶν χριστωνύμων·
ὅστις ἀγεννῶς βαρβάροις Πέρσαις μάχῃ
ἅλοὺς παρ' αὐτοῖς τὸν βίον καταστρέφει.
καὶ παῖς παρῆλθε Γαλιηνὸς εἰς κράτος,
δεξιὸς ἀνήρ, φιλότιμος, χαρίεις,
πολλοὺς ἀνατλὰς κινδύνους ἐν ταῖς μάχαις.

Κλαύδιος ἔτος α'.

Μεθ' ὃν Κλαύδιος, ἀρρεποῦς δίκης φύλαξ,
κράτωρ ἀγαθὸς καὶ μαχητὴς γεννάδας,
πάππος μεγίστου κράτορος Κωνσταντίνου.

203 *Αἰμιλιανός τε τέτταρας.* V. post v. 214. male in codice *ια', undecim.* M. 217 Eumenius Paneg. Constantini c. 2: *ab illo enim divo Claudio manat in te avita cognatio, qui Romani imperii solutam et perditam disciplinam primus reformavit.* M.

Gallus et Aemilianus an. 1.

(200) Postquam imperium Decius cum vita amisit, regnavit Gallus impio vir corde praeditus et Christianorum gravis persecutor. deinde vix quattuor mensibus Aemilianus. tunc Sabellius erat, scaevus Afer, (205) qui divinas impie in triade personas confudit et naturam cum his commiscuit.

Valerianus et Gallienus an. 15.

Post Aemilianum misere interfectum suscepit imperium Valerianus, gravis piorum persecutor Christianorum; (210) qui barbaris a Persis in proelio turpiter captus apud ipsos vitam finivit. obtinuit autem imperium Gallienus filius, vir dexter liberalis et amabilis, qui pericula in proeliis multa pertulit.

Claudius an. 1.

(215) Exin Claudius fuit, iustitiae firmus custos, princeps bonus et bellator strenuus, maximi principis Constantini avus.

Αὐρηλιανὸς ἔτη ϛ'.

Τούτου τελευτήσαντος ἐν κραταρχίᾳ
Αὐρηλιανὸς δυσμενὴς χριστωνύμοις
τὰ σκῆπτρα παρείληφε τῆς αὐταρχίας.
τούτου κρατοῦντος Παῦλον Σαμοσατέα
κακῶς φρονοῦντα πατέρων θεῖον στῖφος
ἐπάρατον τίθησι καὶ βδελυκτέον.
τῆς δ' Ἀντιόχου καθέδρας δεδραγμένον,
καὶ τήνδε βίᾳ κατέχειν ῥημένον,
πεισθεὶς ὁ κρατῶν εὐσεβῶν ἐντυχίᾳ
γραφαῖς ἀτίμως ἐξελαύνει τοῦ θρόνου.

Πρόβος ἔτη ϛ'.

Βραχὺν χρόνον Τάκητος, ἀνὴρ πρεσβύτης.
εἶτα Φλῶρός τις, φίλος Ἑρμοῦ καὶ μάχης,
παραλαβὼν ἴθυνε τὴν κραταρχίαν,
πρᾶος μεγαλόψυχος εὐμενὴς κράτωρ·
οὗ ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐμβραδύνοντος μάχαις,
στρατοῦ δὲ βρωτῶν κινδυνεύοντος σπάνει,
ἐπ' αὐτὸν ἐκλείποντα λιμῷ σιτίων
ὄμβρον σίτῳ σύμμικτον ὀμβρῆσαι λόγος,
τὸν ὑψόθεν βλύσαντα τῷ λαῷ μάννα,
ᾧπερ τραφεῖσαν στρατιὰν ἐνισχῦσαι.

229 codex *Φλῶρος* sine dubio pro Florianus; sed tamen consequentes laudes Probo congruunt, teste etiam Zonara. et quidem Probus scribitur in codicis lemmatibus, non Florus aut Florianus. existimo igitur unum versum excidisse, in quo a Floriano fiebat transitus ad Probum. M, qui pro *Φλῶρός* dedit *Πρόβος*.

Aurelianus an. 6.

Postquam hic in purpura vitam clausit, Aurelianus Christianorum odio imbutus (220) summi imperii sceptrum gestare coepit. eo regnante Paulum Samosatensem prava sentientem patrum divinus chorus edixit esse maledictum et exsecrabilem; qui cum Antiochenam invasisset cathedram (225) eandemque niteretur vi retinere, piorum legatione permotus imperator missis literis sede turpiter eum eiecit.

Probus an. 6.

Brevi regnavit Tacitus, vir grandaevus. dein Florus, et mox Probus, domi bellique (230) bonus, rem coepit publicam gubernare. mitis hic princeps erat, magnanimus, benevolus; qui cum diuturnis distineretur bellis, periclitante exercitu commeatuum penuria, iamque deficientibus ob famem viribus, (235) imber commixtus tritico decidisse dicitur, caeleste manna multitudini affundens, quo pastus vires pristinas recepit miles.

Κάρος καὶ Νουμεριανὸς καὶ Καρῖνος ἔτη β'.

Μεθ' ὃν Κάρος τις γεννάδας σὺν υἱέσιν
ἄναξ ἐδείχθη, παραλαβὼν τὸ κράτος.
Νουμεριανὸς ἐκδαρεὶς ἀσκοῦ δίκην,
ληφθεὶς παρ' ἐχθρῶν αἰχμάλωτος, ὡς λόγος.
καὶ Καρῖνος αἴσχιστος, ἀπηνὴς λίαν,
χριστωνύμων ὄλεθρος, ἔσχε τὸ κράτος·
ἐφ' οὗ λελοιπὼς Περσίδα Μάνης τάλας
Ῥωμαΐδος κλίμασι παρεισεφθάρη,
κακίας ἰὸν ἐξεμῶν ψυχοφθόρον,
ἀφ' οὗ βδελυκτὸν τοὔνομα Μανιχαίων.

Διοκλητιανὸς ἔτη κ'.

Μετὰ δὲ τοῦτον ἡ μεγίστη μανίαν
τὴν κατὰ Χριστοῦ δυάς, ἡ τρισαθλία
βροτῶν Ἐρινύς, αἱμοχαρὴς καρδίᾳ,
Μαξιμιανὸς Διοκλητιανός τε,
ὠμῶς κατῆρξαν τοῦ βασιλείου κράτους·
ὃς πατέρων φὺς δυσγενῶν Δαλματόθεν
ἄσημος ἦ τρίδουλος ἐβδελυγμένος,
θεοῦ κριμάτων! τυγχάνει κραταρχίας·
ἧς συμμεριστὴν Ἑρκούλιον λαμβάνει
Μαξιμιανόν, εὐσεβῶν ἀναιρέτην.
ἐπὶ κακῷ γοῦν τώδε συμπεπευκότε
Χριστοῦ μερίδος, ἢ πλέον σφῶν καρδίας,

248 τούτων V

Carus, Numerianus et Carinus an. 2.

Carus deinde, vir strenuus, cum suis liberis regium nomen cum potentia excepit. (240) Numeriano quidem apud hostes captivo cutis detracta dicitur, utris instar. Carinus turpissimus et crudelis admodum, Christianorumque pestis, imperium tenuit. sub eo Manes calamitosus relicta Perside (245) ad Romanas terras arrepsit, venenum evomens improbitatis suae, animabus exitiosissimum. ex hoc Manichaeorum fluxit infame nomen.

Diocletianus an. 20.

His exstinctis furere in Christum coepit gemina mortalium Erinnys atque maxima, (250) tristissimum animorum et cruentissimum par, Diocletianus scilicet et Maximianus, utentes regia potestate crudeliter. et prior quidem obscuris in Dalmatia genitus parentibus, servili stirpe et conspuenda, (255) arcano dei decreto imperium obtinuit; cuius deinde participem Herculium fecit Maximianum, Christianorum exitio natum. ergo hi duo ad perniciem conspirantes Christianorum vel potius pro-

διωγμὸν ἀφόρητον ἐξηγειρέτην,
καὶ κατὰ δήμους εἴτε χιλιοστύας
μάρτυρας ἀπέφηναν ἠγωνισμένους,
αὐθαίρετα θύματα, καθηγνισμένα
ἔμψυχα, παντέλεια, δεκτὰ κυρίῳ.
γαμβροὺς δυὰς εἵληφεν αὐτοκρατόρων
εἰς τὰς ἑαυτῶν φιλτάτας θυγατέρας,
ὁ μὲν Χλωρὸν Κώνσταντα, λαμπρὸν τῷ γένει,
τοῦ παμμεγίστου πατέρα Κωνσταντίνου,
ὁ Διοκλητιανὸς δ' αὖ Μαξιμῖνον,
ὃς Γαλέριος ἦν ἐπικεκλημένος·
καὶ τούσδε τιμᾷ τῇ Καίσαρος ἀξίᾳ.
ἐπεὶ δὲ χριστώνυμον οὐκ ἐνῆν σβέσαι
πολλὰ καμοῦσι τοῖσδε τυράννοις σέβας,
ἑκόντες ἀπέθεντο τὴν σκηπτουχίαν,
Καίσαρσι δόντες διέπειν τὰ τοῦ κράτους,
ἄρχειν Γαλερίῳ μὲν ἁπάσης ἕω,
τῷ Κώνσταντι δὲ βασιλεύειν ἑσπέρας.
ἦν καὶ τρίτος τύραννος ἐν Ῥώμῃ πάλιν,
Ἐρκουλίου παῖς, Μαξέντιος μαινόλης.
ἀλλὰ Κώνστας μὲν εὐμενὴς ἦν τοῖς ὅλοις,
χριστωνύμους ἔστεργε τῶν ἄλλων πλέον,
Μαξιμῖνος δὲ δυσχερὴς ὑπηκόοις,
γυναικομανής, μοιχικός, κοινὴ λύμη,
χριστωνύμοις δὲ δυσχερέστατος λίαν,

276 ἀρχὴν V 277 *Κώνσταντι* codex. at Latinis est Constantius, non Constans. M. 281 τ' ἔστεργε?

priae animae, (260) persecutionem commoverunt asperrimam; turmatimque per populos ingentem numerum martyrum effecerunt certantium fortiter, voluntarias nempe victimas et purissimas, animas usquequaque acceptas domino. (265) porro uterque regnator generum sibi legit, cui propriam collocavit dilectam filiam, Maximianus nobilem Constantium Chlorum, qui maximi Constantini parens fuit; Diocletianus autem Maximinum, (270) cui Galerio quoque nomen erat. atque his Caesarea dignitas est tributa. iam cum Christianam exstinguere religionem tyranni duo non possent, conantes licet, abdicaverunt ultro dignitatem suam (275) Caesaribusque imperium permiserunt, ita ut Galerius quidem in toto oriente, Constantius in occiduis regnaret partibus. erat etiam tertius Romae tyrannus, Herculii filius, Maxentius furiosus. (280) verumtamen Constantius cunctis placidus Christianos diligebat singulariter: at Maximinus permolestus subditis, mulierosus, moechus, pestis publica, Christianis autem infensissimus, (285) ipsorum heu decreverat caedem

πανωλεθρίαν τῶνδε φεῦ κατακρίνας.
κοινωνὸν οὗτος τοῦ κράτους προσλαμβάνει
Λικίνιον, Κώνσταντος αἰσχρὸν νυμφίον,
κακόν τι τερμέρειον, εὐσεβῶν φθόρον·
καὶ Μαξέντιος ἦν ἴσος τούτοις τρόπους,
καὶ χριστομάχος καὶ μιαιφόνος πλέον·
τριὰς ἐναγὴς εὐσεβῶν ἀναιρέτις,
ἧνπερ μετῆλθεν ἐνδίκως θεία δίκη.

Κωνσταντῖνος ἔτη λβ'.

Ὁ τοίνυν Κώνστας τῷ γόνῳ Κωνσταντίνῳ
βίον τελευτῶν καταλείπει τὸ κράτος,
ὃν ἐξ Ἑλένης ἔσχε τῶν πρόσθεν γάμων·
οὗ χάριν εἰπεῖν οὐ περίεργον τάχα
κλύουσι προσγένοιτ' ἂν εὐεπηβόλως,
ὅπως τε διίθυνεν ἀρχῆς τὸ σκάφος
καὶ προσδραμεῖν ὑπῆρξε Χριστῷ δεσπότῃ.
ἀρχὴν μὲν οὗτος πατρόθεν δεδεγμένος
διεῖπε καλῶς συνέσει στρατηγίαις,
ἔτι μὲν ἀμύητος, εὖ φρενῶν δ' ἔχων,
ὡς ἐξ αὐτοῦ συλλογίσασθαι δέον,
ὡς ὕστερον δέδειχε πραγμάτων πέρας·
τριῶν δ' ὑπόντων αὐτοκρατόρων τότε,
τούτου Μαξεντίου τε καὶ Λικινίου,
ὡς Μαξιμίνου τὸν βίον λελοιπότος

287 *Κώνσταντος* codex. atqui Licinius Constantiae sponsus erat, gener Constantii. M.

omnium. hic in imperii partem advocavit Constantii foedum generum Licinium, malum monstrum et piorum exitium. hos Maxentius adaequabat suis moribus, (290) Christianorum hostis et saevus homicida. hem exsecrandam triadem, pietatis labem! quam assecuta est iustissima ultio dei.

Constantinus an. 32.

Ergo Constantius mortem cum vita mutans imperium filio Constantino tradidit, (295) quem ex priore susceperat Helenae coniugio; qui quomodo rei publicae navigium rexerit primusque ad Christum dominum rex accesserit, dicere non erit, ut reor, supervacaneum, atque audituris absurdum non videbitur. (300) igitur hic rem publicam a patre traditam praeclare gubernabat armis et consilio, nondum initiatus, sed tamen recte sentiens, quod ex ipsomet satis coniicere licebat, atque ut rerum exitus deinde docuit. (305) iam cum imperatores tres tunc essent, Constantinus Maxentius et Licinius, quia iam Maximinus vita ex-

βαρὺς ὁ Μαξέντιος ἦν ὑπηκόοις,
δράκων δαφοινός, αἱμοχαρής τις κύων,
ὅπλοις τὸ λοιπὸν ἀμῦναι Κωνσταντῖνος
παρακαλεῖται σφίσι τυραννουμένοις.
καὶ καταπεισθεὶς ἡ συμπαθὴς καρδία
ἐφίσταται τάχιστα Ῥωμαίων πόλει,
καὶ πρὸς μάχην ἕτοιμον αὐτὸν ὀτρύνει.
καὶ δὴ σκοποῦντι καὶ δεδοικότι μάχην
σταυροῦ μεσούσης ἡμέρας ὤφθη τύπος,
τυπούμενός γε πρὸς πόλῳ δι' ἀστέρων,
ἐν γράμμασι φράζουσιν "ἐν τούτῳ νίκα."
αὐτίκα τοίνυν ἐκ χρυσοῦ σταυροῦ τύπον,
ὡς ὤπτό οἱ πρίν, ἐμφρόνως σχεδιάσας
αὐτοῦ προάγειν στρατιᾶς παρηγγύα·
ᾧ δὴ πεποιθὼς συμπλακεὶς ἐναντίοις
τρόπαιον ἱστᾷ κατὰ τυράννου μέγα,
ἔργον φανέντος ῥευμάτων ποταμίων
ἡττημένου φεύγοντος αἰσχρῶς ἐκ μάχης.
κἀντεῦθεν οὐκοῦν ἦρξε καὶ Ῥώμης ὅλης,
καὶ δόγμα βασίλειον εὐθὺς ἐκφέρει
μὴ δεῖν κολάζειν Θεσπίζον χριστωνύμους.
καθιστορεῖται καὶ ταδὶ τούτου πέρι,
ὡς ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἠσχολημένον μάχαις
ἄνακτα τοῦτον ἱππότην ὡπλισμένον
τινά ποτ' ἰδεῖν, ἀντὶ σημαίας τύπον
σταυροῦ χεροῖν φέροντα σύμβολον νίκης·

cesserat, Maxentius quidem subditis gravis erat, immanis draco cruorisque sitiens canis. (310) quare ut hunc armis denique compesceret, orabant Constantinum oppressi populi; a quibus exoratus clemens animus celerrime ad urbem Romam copias ducit tyrannumque iam paratum ad arma provocat. (315) dum vero incerti Martis mente versat curas, crucis hora meridiana conspexit typum, quem astra quaedam in caelo conformabant, inscriptis hisce literis "in hoc vince." protinus igitur crucis aureae typum, (320) qualis ipsi apparuerat, concinne fabricans, suis hunc praeferri iussit exercitibus; cui sane fretus, conserta cum hoste manu, magnam de tyranno victoriam rettulit, qui fluminis vorticibus absorptus est, (325) cum victus fugeret turpiter e proelio. hinc ergo universa potitus Roma est, regiumque statim edictum proposuit, ne quis iam Christianos ad poenam posceret. alia quoque rei huius narratio est, (330) nempe quod pugnam adversus hostes patrans equitem imperator armatum viderit, qui pro consueto militum vexillo crucem gestabat manibus, victoriae symbolum. rursus duos eidem conspectos viros

καὶ πάλιν ὀφθῆναι δὲ τῷδ' ἄνδρας δύο
ἐν Ἀδριανοῦ τῆς μάχης ἡγουμένους,
ἀντιπάλων κτείνοντας ἀφειδῶς ἴλας·
καὶ φῶς περιαστράψαν ἀθρῆσαι νύκτωρ,
πάντων ὑπνούντων, χάρακα στρατευμάτων
περὶ τὸ Βυζάντιον ἐσκηνημένων.
ἐκ τῶνδε συνεὶς ὡς θεὸς καλῶν δότης
ἐπιστρέφειν ἤρξατο καὶ συνιέναι,
καὶ Λικίνιον χριστομαχοῦντα βλέπων
ὅπλοις στρατιᾷ καταστρέφει τοῦ κράτους,
δίκας τ' ἀπαιτεῖ τόνδε χριστομαχίας·
ὅθεν μονάρχης ἀξίως αὐτοκράτωρ
Κωνσταντῖνος πέφηνεν ἑσπέρας ἕω.
λύσιν δὲ τοῦ τρύχοντος αἰτοῦντι πάθους
βουλὴν πονηρὰν ὑποτίθενται θύται
Διὸς βδελυκτοὶ καὶ γόητες καὶ μάγοι,
πρὸς ἅσιν αἵματι παίδων ἀφθόρων
ἐναποπλῦναι σαρκίον κατατρύχον.
ἠθροιστο τοίνυν νηπίων πληθὺς ὅση,
προθεσμία δ' ὥριστο τούτων θυσίας.
παρῆν βασιλεύς, μητέρων κλύει γόων,
πυνθάνεται δὲ τὰς ἀφορμὰς τῶν γόων,
καὶ γνοὺς δίδωσι τὰ τέκνα ταῖς μητράσι,
καὶ χρήματα δὲ ταῖσδε πρὸς τούτοις νέμει
ἀντίρροπα φάρμακα τῆς πρόσθεν λύπης.
οὕτω καλῶς δράσαντι νυκτὸς κατ' ὄναρ

336 κτείναντας V

(335) aiunt, in Hadriani mole cientes pugnam hostiumque turmis plagas imponentes. postremo lucem noctu coruscantem vallumque ambientem, cunctis sopitis somno, vidisse, prope Byzantium cum castra haberet. (340) hinc ergo agnoscens datorem bonorum deum converti ad fidem coepit et recte sapere. tum infestum Christianis Licinium cernens, armis correptis hunc imperio deiicit, et de impietate dignas poenas sumit. (345) quare iam solus merito imperator occidui Constantinus et eoi orbis fuit. exin remedium morbi poscenti gravis dirum consilium obtulerunt Iovis nefarii sacerdotes et fallaces magi, (350) nempe ut investium puerorum sanguine infirmum corpus medelae causa ablueret. infantium ergo colligitur ingens numerus, et dies caedis definita edicitur. praesens imperator matrum audit gemitum, (355) huiusque causam quaerit ex adstantibus; et re comperta matribus prolem reddit, pecuniamque insuper his distribuit, quae sit solatium prioris maestitiae. his recte gestis, noctu per somnium videt (360) adstare sibi principum

ἐφίσταταί οἱ προκρίτων ἀποστόλων
δυὰς φαεινή, Πέτρος ἅμα καὶ Παῦλος,
παρεγγυῶντες γνησίως ἐπισκόπῳ
τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀναθέσθαι σὺν πόθῳ,
εἰ βούλεται σχεῖν τοῦ πιέζοντος λύσιν
ζωῆς ἀκηράτου τε τυχεῖν καὶ ξένης.
ἐπεὶ δ' ἀνῆκεν ὕπνος αὐτόν, αὐτίκα
τὸν ἱερὸν Σίλβεστρον εὐλαβῶς ἄγαν
μετακαλεῖται, καὶ προσελθόντα βλέπει,
καὶ πάντα διέξεισιν αὐτῷ προφρόνως·
ὁ δ' αὖ ἐπάγει τῶν θεαθέντων λύσιν.
καὶ τί με δεῖ γράφοντα μακρὰ συμπλέκειν;
ἐκτίθεταί οἱ τὸν λόγον μυστηρίου,
μυεῖ τε βαπτίζει τε πιστεύσαντά γε,
λουτροῦ τ' ἀσινῆ τοῦ παναγοῦς ἀνάγει.
προσῆλθε Χριστῷ καὶ βασιλὶς Ἑλένη
διδασκαλίαις ποιμενάρχου Σιλβέστρου·
μεθ' οὗ Σιὼν ἔβλεψε τὴν θεοῦ πόλιν
εἰς φανέρωσιν σταυρικοῦ θείου ξύλου
ναῶν τ' ἀναδόμησιν εὐαγεστάτων.
κἀντεῦθεν ἀνθεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς εἰς μέγα,
ἐκτείνεται δὲ καὶ μέχρι γῆς τερμάτων
σωτήριον κήρυγμα τῶν ἀποστόλων,
γελᾷ δ' ἔαρ ἥσυχον ὀρθοδοξίας.
ἀνοίγνυται πᾶς καὶ νεὼς χριστωνύμοις,
βωμός τ' ἀνετέτραπτο πᾶς σὺν τῇ πλάνῃ
Χριστοῦ δυνάμει παντάνακτος δεσπότου,

apostolorum illustre par, Petrum cum Paulo scilicet, seque adhortantes ut sincere episcopo salutem suam dulci cum spe committeret, si quidem praesens malum fugare vellet (365) immortalemque ac miram vitam adipisci. postquam eum somnus dereliquit, statim sanctum Silvestrum admodum reverenter advocat; atque ubi venientem conspicit, rem illi cunctam pandit lubentissime: (370) Silvester regem visi rationem edocet. cur verba longas ducam per ambages? religiosum principi mysterium explicat, initiatumque et credentem baptismo tingit, et sancto educit lavacro incolumem. (375) ad Christi partes accessit etiam Helena, Silvestri verbis edocta, pastoris maximi. ipsa deinceps Sionem dei urbem invisit, sacrum lignum vestigans crucis, ibique ut templa conderet sanctissima. (380) religio nostra crevit ex hoc tempore amplifice; atque ad orbis pervenit fines apostolorum salubris praedicatio; risitque ver tranquillum orthodoxiae. tunc templa passim patuere Christicolis, (385) atque omnis ara falsi cultus concidit Christi virtute domini et

ὑποστρατήγῳ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ,
ὃς ἄρξας ἐθνῶν ἁπλέτων ἐθναρχίας
σχοινίσματά τε πλατύνας κληρουχίας
390 σταυροῦ τε κράτει παντοδυνάμου λόγου
πάλιν πολίζει τὴν ὁμώνυμον πόλιν,
ὀφθαλμὸν αἰγλήεντα τῆς οἰκουμένης,
πατὴρ ἀνάκτων εὐσεβῶν κεκλημένος
καὶ χριστολατρῶν κρατόρων ἀρχηγέτης,
395 πρώτης ὁριστὴς ποιμενάρχων συνόδου,
μεθ' ὧν καθεῖλεν Ἀρείου δόγμα νόθον.

Κωνστάντιος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ἔτη κδ'.

Τούτου λιπόντος τὴν κάτω μοναρχίαν,
οὐράνιον δόξαν δὲ κληρωσαμένου
καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρουχίαν,
400 οἱ παῖδες αὐτοῦ τὴν ὅλην κραταρχίαν,
Κώνστας τε Κωνστάντιος καὶ Κωνσταντῖνος,
αὐτοῖς διεῖλον σφίσι εἰς κληρουχίαν,
Κώνστας μὲν ἅμα συγγόνῳ Κωνσταντίνῳ
λαχόντες ἄρχειν τῶν καθ' ἑσπέραν τόπων,
405 αὐτῆς τε Ῥώμης, Ἀφρικῆς, Ἰταλίας,
καὶ μέχρις αὐτῶν ὠκεανοῦ τερμάτων·
πᾶσα δ' ἑῴα τῷ Κωνσταντίῳ λάχος,
πρὸς τοῖσδε Θρᾴκης Μακεδονίας ὅροι,
σὺν τῇ πατρῴᾳ καὶ βασιλίδι πόλει.
410 ὃς διέπων ἄριστα τὴν κληρουχίαν

omnium regis, itemque Constantini legati eius. hic late imperitans gentibus innumeris, prolatis etiam priscis imperii finibus, (390) crucis atque evangelii potentia adiutus, homonymam quoque condidit sibi urbem, ocellum totius mundi splendidissimum. regum hic piorum pater est appellatus, et christicolarum Caesarum antecessor. (395) idem episcoporum primam indixit synodum, quibuscum spurium Arii dogma perculit.

Constantius magni Constantini filius an. 24.

Postquam is terrestre deseruit imperium proque hoc supernam gloriam adeptus est, caelorumque regni adiit hereditatem; (400) nati ex eo liberi tantam imperii molem, Constans Constantius atque Constantinus, inter se partiti sunt heredum ritu. et Constans quidem cum Constantino fratre terras occiduas sibi regendas sumunt, (405) Romam ipsam, Africam Italiamque, et quicquid mundi usque ad oceanum patet. oriens Constantio contigit universus, praetereaque Thracia finesque Macedonici cum urbe a patre condita et regni sede. (410) hic sibi creditum

πολλοὺς ἀγῶνας ἀνέτλη καὶ κινδύνους,
ἀεὶ στραταρχῶν, κατ᾽ ἐχθρῶν κινῶν δόρυ.
εἶτα σφαγέντων συγγόνων ἐν ἑσπέρᾳ,
τοῦ μὲν κινοῦντος καθ᾽ ὁμαίμονος ξίφη,
τοῦ Κώνσταντος δὲ πρὸς Μαγνεντίου δόλῳ,
πάσης κατῆρξεν ἑσπέρας καὶ τῆς ἕω,
Μαγνέντιον μὲν ἀνελὼν μάχης νόμῳ,
τὸν δ᾽ αὖ Βρετανίωνα τὸν κακεργάτην
ὑπηκόον θεὶς κατασεισθέντα φόβῳ.
ὑπῆρχεν οὗτος εὐχερὴς μὲν τὸν τρόπον
καὶ πάμπαν εὐρίπιστος, ἀνέμου πέδον,
πειθήνιός τε τοῖς ἀρειομανίταις,
ἔνδον δὲ τὸν νοῦν εἰς σέβας ἐρρωμένος,
κράτωρ ἀριστεὺς καὶ μαχητὴς γεννάδας,
ἡδύς, προσηνής, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
περί τε τὴν δίαιταν ἐγκρατὴς ἄγαν
καὶ σωφρονικός, καὶ παθῶν αὐτοκράτωρ.
καὶ τὰς κρίσεις ἦν ἐκφέρων κατὰ νόμους,
δικαιοσύνης δ᾽ οὐδαμῶς ὑπεκτρέχων,
ἀρχαιρεσιάζων τε καθάπερ δέον,
τάς τ᾽ ἀξίας τε προσνέμων τοῖς ἀξίοις,
καὶ πάντα ποιῶν σὺν λόγῳ τὰ τοῦ κράτους,
οὐ συναριθμῶν οὐδένα γερουσίᾳ
ὃς οὐ μετέσχε τῶν σοφῶν παιδευμάτων
μηδ᾽ αὖ λέγειν ἤσκητο καὶ καλῶς γράφειν
καταλογάδην εἴτε ῥυθμῷ καὶ μέτρῳ,

418 ita cod.

optime imperium gerens multos agonas pertulit ac discrimina, perpetuo militans hostesque armis persequens. deinde occisis in occidente fratribus, Constantino quia fratrem armis lacessiverat, (415) Constante dolis Magnentii irretito, orbis universi Constantius sceptrum tenuit. nam Magnentium quidem belli iure sustulit: at Vetranionem, qui praeter fas se gesserat, perculsum metu subditum sibi fecit. (420) erat Constantius suapte ingenii levis, prorsus versatilis ceu pulvis vento expositus, seque ab Arii studiosis sinebat duci, quanquam ipse animum orthodoxum gereret, princeps egregius, strenuus bellator, (425) blandus, affabilis, benivolus erga subditos, idem cibi potusque temperantissimus, continens, animi cupiditatum dominus, dicere ius ex legum norma solitus, neque a iustitia latum unguem discedens; (430) tum et magistratus pro meritis eligens, dignis hominibus dignitates largiens, cuncta denique in imperio sapienter gerens. neque in senatum quempiam unquam legit nisi doctis imbutum disciplinis, (435) et qui recte dicere beneque scribere seu prosa

παιδεύσεως ἔμπειρος, Ἑρμοῦ τ' αὖ φίλος.
ἄνακτι τῷδ' Ἰουλιανὸς μαινόλης
ἐπιφυεὶς ἥρπασε τὴν κραταρχίαν·
κἀκ τοῦδε μακρᾷ συσχεθεὶς ἀγωνίᾳ
καὶ διακαεῖ πυρετῷ φθισιβρότῳ
ἐν Μόψου κρήναις τὸν βίον καταστρέφει,
χολὴν μέλαιναν ἐκπτύσας ἐξ ἐγκάτων.

Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης ἔτη β' Ϛ'. ἕτεροι δέ φασιν ἔτη γ'.

Εἶτα καθαρῶς ἀναδείκνυται κράτωρ
Ἰουλιανὸς χριστομάχος μαινόλης,
ὅστις ἀποστὰς δεσπότου σεσωκότος
καὶ Χριστιανῶν πίστεως σωτηρίου
τῇ δαιμόνων φεῦ ἀπάτῃ προσερρύη,
τὰ Χριστιανῶν φαυλίσας ἐκ καρδίας.
καὶ κατὰ Χριστοῦ παρατάττεται τάλας,
καὶ τοῦδε κλῆσιν ἐκποδὼν θέσθαι θέλει.
καὶ λοιπὸν οἵαις ἐξέτριψεν αἰκίαις
καὶ παντοδαπαῖς ποικίλαις τιμωρίαις
ἀντιστατοῦντας εὐσεβῶς χριστωνύμους,
καὶ τῶνδ' ὅσους ἔδειξε μάρτυρας πάλιν
αἵματος ἄχρι καρτερῶς ἠνδρισμένους,
οὐκ ἔστιν εἰπεῖν χρωμένοις συμμετρίᾳ.
κατὰ δὲ Περσῶν ἐκστρατεύσας βαρβάρων
μετὰ στρατιᾶς μυρίας ῥωμαλέας,

447 σωτήριον V

oratione posset seu rhythmo et metro, nutritus ipse literis Musarumque alumnus. hunc contra regem lymphaticus Iulianus consurgens latrocinio imperium rapuit. (440) hinc animi maerore diuturno captus Constantius ac letalis ardore febris ad Mopsi fontes vitae spatium clausit, atram reiectans bilem de visceribus.

Iulianus apostata an. 2 mens. 6; vel, ut alii aiunt, an. 3.

Exin absque aemulo imperator est habitus (445) christomachus Iulianus et furiosus; qui a rege servatore suo defecit, Christianorumque fidem salutarem cum daemonum heu fraudibus commutavit sacrumque dogma contemptim corde respuit. (450) tum contra Christum bellum hic miser movet, huiusque nomen exterminare nititur. proinde quot cruciatibus quotque poenis, quarum diversas formas vix fari licet, Christicolarum attriverit constantiam piam, (455) martyrum quantum numerum effecerit, qui usque ad sanguinem restiterunt, studioso mihi brevitatis non licet dicere. deinde Persas barbaros bello appetens, copiis instructus innumeris fortissimis, (460) re nihilominus bellica male gesta,

καὶ μὴ διαθεὶς ὡς δέοι τὰ τῆς μάχης,
ἐκεῖσε κατέστρεψεν ἀθλίως βίον,
βληθεὶς παρά του καιρίαν ἐν τῇ μάχῃ,
εἴτ' Αὐσόνων ἢ βαρβάρων ἀντιπάλων
ἢ χειρὸς ἄλλης πανσθενοῦς οὐρανόθεν·
ἡνίκα φασὶν αἵματος καταρρύτου,
πλευρᾶς νυγείσης χειρὶ προσδεδεγμένου,
εἰς ἀέρα χέοντα ταῦτ' ἐπιλέγειν
"Ναζωραῖε, πλήσθητι." φεῦ τῆς μανίας.

Ἰοβιανὸς μῆνας η'. οἱ δὲ ἔτος α'.

Τούτου καταστρέψαντος ὡς ἔφην βίον,
δυσὶ τυραννήσαντος ἀσεβῶς χρόνοις,
ψήφῳ στρατιᾶς προκρίτων γερουσίας
Ἰοβιανός, χιλίαρχος ὢν τότε,
ἀνὴρ ἀγαθός, εὐσεβὴς Χριστοῦ λάτρις,
εἰς βασιλείας τὸ κράτος προεκρίθη.
ὁ δ' ἦν ἀπειθὴς πρὸς τὸ δέξασθαι κράτος,
Χριστοῦ μὲν αὐτὸν οἰκέτην εἶναι λέγων,
καὶ μὴ κραταρχεῖν ἀσεβοῦς στρατοῦ θέλειν.
τούτων δὲ Χριστὸν ἀνακραξάντων σέβειν
εὐθὺς ἀνεζώσατο τὴν κραταρχίαν.
καὶ σπένδεται δὲ τῷ κρατοῦντι Περσίδος·
καὶ σὺν στρατιᾷ τὴν Ἀντιόχου φθάσας
τοὺς πρὶν φυγάδας Ἀρχιθύτας ποιμένας
εἰς σφῶν ἐπανήγαγε ποιμεναρχίας,
μεθ' ὧν Ἀθανάσιον ἔνθεον θύτην,

amisit illic vitam infeliciter, incerto auctore graviter in proelio ictus, seu fuit ille Romanus seu hostis barbarus seu caelestis aliqua validior manus. (465) tunc Iulianum aiunt manantem sanguinem suffosso e latere manu cava exceptum dispersisse per aërem, his verbis additis "Nazarene, sitim exple." hem vesaniam!

Iovianus mens. 8, *seu ut alii aiunt an.* 1.

Iuliano, sicut dixi, vita orbato (470) post sceleratam biennii tyrannidem, suffragio optimatium castrensis consilii Iovianus, per id tempus tribunus militum, vir bonus atque Christi pius famulus, ad imperii dignitatem fuit subvectus. (475) ceteroquin ipse regnum respuebat, Christi se famulum esse dicens atque ethnicis militibus imperaturum negans. hi vero cum Christicolas se inclamassent, tunc imperium Iovianus recepit protinus. (480) et pace mox composita cum Persa rege, atque Antiochiam reducto exercitu, exsules dudum principes pastores ad suos greges edicto revocavit, quos inter Athanasium divinum praesulem;

καὶ πᾶσιν ἐβράβευσε τοῖς χριστωνύμοις
ἔαρ γαληνόν, ὀρθοδοξίας φάος.
εἰς Ἄγκυραν δὲ πεφθακὼς Γαλατίας
ἐκεῖ τελευτᾷ διάγων ἐξαπίνης,
φαγὼν μύκητας ἀρτιφυεῖς, ὡς λόγος,
ὀκτὼ κατασχὼν μῆνας ἀρχὴν καὶ μόνους.
ὑπῆρχεν οὗτος εὐσεβὴς μέν, ὡς ἔφην,
χρηστός, γαληνός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
ἀναδρομὴν σώματος εὐμήκη φέρων,
καὶ γραμμάτων δὲ μετρίως γεγευμένος,
ἥττητο δ' οἴνου σὺν ἐρωτοληψίαις.
καὶ τοῦδ' ὁ νεκρὸς ἐν πόλει Βυζαντίδι
ἐν εὐαγεῖ τέθαπτο κηρύκων δόμῳ.

Οὐαλεντινιανὸς ἔτη ια'. οἱ δὲ ἔτη ι'.

Εἶτα παρῆλθεν εἰς βασίλειον κράτος
δικαιοσύνης πραότητος αὖ τύπος
Οὐαλεντινιανός, εὐσεβῶν κλέος,
γεννάδας ἀνήρ, εὐσθενής, ῥωμαλέος,
ἐκ Πανονίας ἀρχῆθεν ὡρμημένος,
κράτωρ ἀγαθός, κηδεμὼν ὑπηκόων,
εἰς ἀλλοδαπὴν ἐξορισθείς που χθόνα
ὡς Χριστιανὸς καὶ θεὸν Χριστὸν σέβων
Ἰουλιανοῦ πρὸς παραβάτου πάλαι·
εἶτ' ἀνακληθεὶς χρηματίζει τριβοῦνος.
ὡς οὖν ἀνεζώσατο τὴν κραταρχίαν,
κοινωνὸν ἀρχῆς σύγγονον προσλαμβάνει,

(485) cunctisque exhibuit Christianis ver tranquillum et orthodoxiae lumen. hic Galatarum Ancyram delatus ibi improviso obitu excessit terris, recentibus, ut fama est, voratis fungis, (490) haud plus quam octo mensibus regno fruitus. pietate is, ut dixi, fuit inclytus, bonus, tranquillus, benivolus erga subditos, staturaque corporis procera cluens; literis etiam mediocriter eruditus, (495) vini tamen atque amoris illecebris obnoxius. huius cadaver apud Byzantium urbem in sancto apostolorum templo est conditum.

Valentinianus an. 11, *sive ut alii aiunt, an.* 10.

Post hunc insedit regiam dignitatem iustitiae simul clementiaeque exemplar (500) Valentinianus, Christianorum decus, vir strenuus animosus ac robustus, generis ex Pannonia stirpem trahens, princeps bonus et providus erga subditos, qui peregrinas quondam in regiones (505) ut Christianus deumque Christum colens ab apostata Iuliano pulsus fuerat; nunc redux ad exercitum tribunus erat. is ubi supremam dignitatem

ἄθλιον Οὐάλεντα, μύστην Ἀρείου,
καὶ μοῖραν αὐτῷ παραδοὺς τὴν τῆς ἕω
αὐτὸς κατῆρχεν εὐσεβῶς τῆς ἑσπέρας,
περιφανῆ τρόπαια κατὰ βαρβάρων
καὶ νίκας ἱστὰς τῇ θεοῦ συμμαχίᾳ,
καὶ πάντα ποιῶν οἷς σεμνύνεται κράτωρ
δικαιοσύνης ἐς τὰ μάλιστα φίλος
καὶ δογμάτων πρόμαχος ὀρθοδοξίας,
πολυετής τις ἀναφανεὶς ἐν βίῳ
καὶ μακαριστὸς τοῦ βίου καὶ τοῦ τέλους,
βιοὺς ὀγδοήκοντα τῆς ζωῆς χρόνους
πρὸς τέτρασιν αὖ ἐνθέως εὐδαιμόνως,
ἀφ' ὧν κατῆρξεν ἕνδεκα κραταρχίας.
οὗτος τελευτᾷ διάγων ἐν Γαλλίαις,
υἱῷ λελοιπὼς Γρατιανῷ τὸ κράτος,
ἀνδρὶ προμάχῳ δογμάτων ὀρθοφρόνων.

Οὐάλης ἔτη γ'. οἱ δὲ ἔτη δ'.

Ὁ δ' αὖ Οὐάλης βασιλεύων τῆς ἕω,
καὶ καθυπαχθεὶς Ἀρειανῶν μανίᾳ,
σφοδρὸς διώκτης ὀρθοδοξούντων λάχους
ἦν καὶ κολαστὴς δυσμενὴς φρικαλέος,
ἀρχιθύτας μὲν ποιμένας διδασκάλους
ποίμνης ἐλαύνων καὶ τιθεὶς πορρωτάτω
καὶ ποικίλαις σφᾶς ἐκτρίβων βασάνοις·

post v. 525 intellige tres vel quattuor annos post Valentiniani fratris obitum. M. 532 *ταῖς βασάνοις?*

Iustinus infirmam corporis ob compagem, raroque ob morbum prodiens in publicum, hominibus iniustis auxit impudentiam; (1175) quare maeroris iaculo confixus consiliique inops cum Davide aiebat "quis, oro, vindex latus teget meum? quis adversariis mecum adversabitur?" tum quidam adstans, ceu quondam Esaias, (1180) vir animosus, iniquitatis osor, "rex" inquit, "adsum; opera mea utere." ergo is obtinuit munus praefecturae. hunc rex hortando fecit animosiorem contra rapaces homicidasque lupos. (1185) sic iste ad rem gerendam munitus fuit. ergo dum iuridico pro tribunali sedet, quidam accessit ignobilis atque pauper

κατ' ἀνδρὸς ἰστὰς εὐγενοῦς περιβλέπτου
ἀδικίας ἔγκλημα καὶ φαυλουργίας.
μετακαλεῖται τὸν ῥέκτην τῆς κακίας·
ὁ δ' οὐκ ἀπαντᾷ. καὶ πάλιν δὶς μηνύει,
καὶ πάλιν αὐτὸς οὐδ' ἄκροις ὠσὶ κλύων.
ἤκουστο ταῦτα τῷ δότῃ τῆς ἀξίας·
ἦ δ' ὃς παρευθὺς ἀξιέπαινον λύγον,
"κἂν αὐτὸς" εἰπὼν "ἀδικῶν ἐγὼ πέλω,
κατάσπασόν με τοῦ βασιλείου θρόνου."
κἀντεῦθεν ἀνάρπαστον ἐκ συσσιτίου
τὸν ἄνδρα λαβὼν ἑστιώμενον τότε,
καὶ συνδικάσας τῷ πένητι πρὸς δίκην,
καὶ καταλαβὼν ἁρπαγῇ κεχρημένον,
αἰκίζεται μάστιξιν αὐτὸν ἀξίαις
τῆς εἰς δικαστήριον ἀναισχυντίας,
εἰσπράττεται δὲ καὶ δίκην ἀδικίας,
εἰσπραξιν ὧν ἥρπασε πολλαπλασίω,
καὶ ταῦτα τῷ πένητι δίδωσι φέρων.

Τιβέριος ἔτη δ'.

Τούτου τὸ βιοῦν καὶ κράτος λελοιπότος
ἄρχει μετ' αὐτὸν Τιβέριος τοῦ κράτους,
φιλευσεβής τις καὶ θεοῦ τρέμων νόμους,
μηδὲν νεοχμιῶν τῶν ἐθῶν ἐκκλησίας,
ἀλλ' ἐξομαρτῶν τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις,

1199 συμβιβάσας?

de viro nobili splendidoque expostulans propter iniuriae crimen et maleficium. (1190) ergo is peccati auctorem in ius vocat, qui vadimonium deserit. vocat iterum: ille superbis rem praeterit auribus. id ubi datori potestatis regi innotuit, dictum laude dignum protulit: (1195) "si quidem ipse praeter ius quid fecero, hortor de regio detrahas me throno." igitur praetor rapiens ex convivio hominem illum forte tunc prandentem, pauperis causam, ut par est, cognovit: (1200) cumque rapinae crimen emersisset, plagis merito impositis castigat reum propter contempti iudicii impudentiam. mulctam praeterea rapta pro re persolvere longe graviorem cogitur ille invitus; (1205) eamque pauperi praetor habendam tribuit.

Tiberius an. 4.

Ubi Iustinus sceptrum cum vita amisit, exstitit imperii successor Tiberius religionis amans homo legumque reverens, nihil in ecclesiae institutis innovans, (1210) sed in praescriptis conquiescens regulis,

σοφῶς φυλάξας τῇ θετῇ μητρὶ σέβας,
ὡς ἦν θεμιτόν, Σοφίᾳ βασιλίδι,
μείλιχος εὐέντευκτος ἡδὺς τοῖς φίλοις,
ἐχθροῖς δὲ δεινὸς καὶ τιθεὶς σφίσι δέος
καλοῖς στρατηγοῖς καὶ στρατῶν εὐανδρίᾳ,
οἷς συγκαθεῖλε δυσμενῶν πολλὰς πόλεις,
λείαν μακράν τ' ἤλασε, λάφυρα, σκῦλα,
εἰς πάντα φιλότιμον αὐχῶν τὴν χέρα,
εἰς ἐνδεῶν οἰκτόν τε καὶ πτωχῶν δόσιν
κτίσεις τε ναῶν καὶ δόμων γηροτρόφων·
ὃς αἰχμαλώτους βαρβάρους Πέρσας, πάλαι
εἰς τήνδ' ἀχθέντας τὴν βασιλίδα πόλιν,
μετημφιακὼς ἐν στολαῖς σφᾶς ἐντίμως
εἰς ἰδίαν πέπομφεν ἥκειν πατρίδα.
ἐφ' οὗ πεπομφὼς Ἀβάρων ἀρχηγέτης
ᾔτησεν ἄνδρας τεχνίτας χειρώνακτας
αὐτῷ σταλῆναι πρὸς βαλανείου κτίσιν·
ὁ δ' αὖ λαβών, γέφυραν ἐν ῥοαῖς Ἴστρου
τεύξας, ἐκάκου Ῥωμαΐδος τοὺς ὅρους.

Μαυρίκιος ἔτη κ'.

Τούτου τελευτήσαντος εὐσεβῶς βίον
Μαυρίκιος κράτιστος ἔσχε τὸ κράτος,
ἀνὴρ μεγαλόψυχος, ἀνδρεία φύσις,
ἄλλος τις Ἰὼβ ἀναφανεὶς γεννάδας,
καὶ μακαριστὸς τοῦ τέλους χρηματίσας.

matri adoptivae legitimum obsequium praebens prudenter, Sophiae reginae, vir blandus, comis, iucundus amicis, hostibus formidandus quos terrebat (1215) egregiis forti cum milite ducibus, quorum virtute multas urbes hostium diruit et opimas manubias rettulit. idem munificam cunctis porrexit manum, clemens erga miseros, largus indigis, (1220) struendis templis et gerotrophiis deditus. barbaros etiam Persas, captivos quondam ad hanc traductos urbem regni sedem, singulos exornatos decoris vestibus ad suas remisit patrias postliminio. (1225) rege sub hoc legatos Abarorum princeps misit qui peterent dari sibi opifices artis peritos ad structuram balnei; quos ubi accepit, ponte iunxit Istrum, atque hinc Romanos fines vastare coepit.

Mauricius an. 20.

(1230) Postquam Tiberius pie vitam clausit, regnum obtinuit Mauricius praestantissimus vir magni spiritus, indole forti praeditus, alter quodammodo visus patientia Iobus, vitae suae termino laudatissimus.

τἆλλα μὲν οὗτος πᾶσιν ἦν πεφιλμένος,
ἡδὺς ἱλαρὸς εὐμενὴς αὐτοκράτωρ,
ἦθος βεβηκὸς ἐμβριθὲς προδεικνύων,
εἰδός τι σεμνὸν ἄξιον τυραννίδος,
φρενῶν βάθει, σώματος ἀλκῇ τ' ἐμπρέπον,
θεοῦ συνιεὶς εἰς θεληματῶν τέλος.
πλὴν εἶχε καί τι παρακνίζον τῷ ῥόδῳ
ἢ τῷ σίτῳ τι καὶ ζιζάνιον τάχα.
φειδωλὸς ὑπείληπτο πᾶσι καὶ γνίφων
ἥττων τε χρυσοῦ χρημάτων οὗτος κράτωρ.
καὶ δῆλον ἐξ ὧν κατερεῖ τρέχων λόγος.
ἐπῆλθεν ἄρχων Ἀβάρων Θρᾴκῃ τότε
σὺν ἀμυθήτου στρατιᾶς ὁμαιχμίᾳ.
ἤλασε λείαν καὶ λάφυρα λαμβάνει,
καὶ πλῆθος ἐζώγρησεν ἄλλο μυρίον
ἀνδρῶν γυναικῶν καὶ βρεφῶν καὶ νηπίων,
ἐς χιλιάδας ἓξ δὶς ἀριθμουμένων.
καὶ τί με δεῖ γράφοντα μηκύνειν λόγον;
ἱστᾷ τιμὴν σφῶν χιλιάδας ἓξ μόνας
ἡ βαρβαρικὴ φιλόχρυσος καρδία.
αἰτεῖ τὸ δοχθέν, προσφέρει τι καὶ βίας.
ὁ μὲν βασιλεὺς φεῦ προτιμᾷ χρυσίον·
ὁ βάρβαρος δὲ (μὴ ῥαγῇς μοι, καρδία·
ὦ θηριώδους, ὦ μανικῆς καρδίας!)

1243 *γνίφων*] ita codex. quare hinc aperte cognoscimus huic vocabulo sensum eundem a Niceta etiam Choniata tribui, quem auctorem non recte intelligit Cangius in lexico. M.
1255 *τὸ*] *τί* V

(1235) hic universo populo in amore fuit, suavis, hilaris, benivolus imperator, morum constantiam gravitatemque gerens, statura venerabili et rege digna, mentis consilio, corporis vigore cluens, (1240) semperque ad numinis placita cursum dirigens. verumtamen in rosa spina fuit, et tritico zizanium subnatum est: parcus atque avarus hic videbatur omnibus atque auri fame laborans imperator; (1245) quam rem sermo sequens confirmabit. rex Abarorum Thraciam tunc invasit cum coniurato exercitu innumerabili, praedam abduxit, manubias rapuit. in his ingentem turbam cepit vivam (1250) virorum et mulierum ac puellorum, quorum sunt numerata milia duodecim. porro ut historiam rei paucis exsequar, his simul cunctis nummum haud plus sex milia barbarica avaritia pretium statuit. (1255) petit responsum, minas intentat quoque. at rex hominibus, pro nefas! aurum praefert. tum barbarus (ah mihi ne cor dispereat! proh beluinum animum ac furiosum!) tam grandem

κτείνει τοσοῦτον μυριάριθμον στῖφος.
αἱματόφυρτος ἕλκεται ῥοῦς αἱμάτων,
ὡς κατὰ πρανοῦς ὕδωρ ψυχρὸν ἐκτρέχον.
ἄναξ συνῆκεν, ἔμμονον φέρων φρένα,
αἰσθητικὴν καρδίαν, ὡς σὴς ὀστέων,
ἥπερ κακοῦ γένοιτο Τελχῖνος φθόνῳ.
θεὸν λιπαρεῖ τοῦ μύσους τὰς εὐθύνας
ὧδ' εἰσπραχθῆναι σχεῖν τε κακῶν τὴν λύσιν.
ἔδοξε γοῦν τι κατ' ὄναρ οὕτω βλέπειν,
πολύ τι πλῆθος γηγενῶν παρεστάναι
ἀνδρῶν γυναικῶν εἰκόνι τοῦ δεσπότου,
καταβοᾶν τε σφᾶς ἄνακτος σὺν γόοις,
αὐτοῦ συνόντος συμπαρεστῶτος τρόμῳ·
φωνῆς τ' ἀκούειν εἰκόνος προϊγμένης,
ποῦ τῶν κακῶν βούλοιτο δοῦναι τὴν δίκην
τὸν τοῦ μύσους αἴτιον ἐκ φειδωλίας;
ἐνταῦθ' ὅπου μέτριον ἔσται τὸ τρύχον,
ἢ ταῖς ἐκεῖθεν παραπεμφθῆναι δίκαις;
τὸν δ' ὧδε φάναι, συνιέντα τοῦ λόγου.
παραδοθῆναι λοιπὸν Φωκᾷ προσκλύει.
ὕπνου δ' ἀνέντος ὕπαρ, οὐκ ὄναρ κρίνει
ὧν εἶδεν ὧν ἤκουσεν εἶναι τὴν θέαν.
μετακαλεῖται Φιλιππικὸν οὖν τάχος
εἱρκτῆς τε δεσμῶν τῶν ἀδίκων ἐκλύσας,
οἷς αὐτὸν ἐξέθλιβεν ἐξ ὑποψίας,
καὶ σπένδεταί γε, καὶ κομίζεται λύσιν
ὧν αὐτὸν εἰργάσατο κακῶν ἀδίκως.

turbam ense districto metit: (1260) atra volvuntur humi fluenta sanguinis, frigidus ut labitur per praeceps aquae humor. id audiit immotam mentem gerens rex, corde tamen vulnerato, ceu depascitur ossa teredo invidi magi fascino. (1265) deum igitur rogat, cito culpae poenam ut ab se repetat, et animum cura solvat. ergo visus est sibi per somnium cernere multam utroque e sexu mortalium turbam adstare coram imagine Christi domini, (1270) regemque adversus clamoribus expostulare, ipso praesente remque cum metu audiente. tunc ab imagine vox emissa sonuit, ubinam is vellet malorum poenam luere qui se avaritiae obstrinxerat piaculo. (1275) num hic, ubi supplicium clementius erit, an illic alias poenas experiri? is hic se malle, verbo intellecto, ait. tum se traditum Phocae fuisse audiit. somno discusso verissimum visum putat, (1280) quae vidit quaeque audiit in eo spectaculo. protinus ergo advocat Philippicum carcere ex iniusto, vinculis detractis, queis suspicione motus eum gravaverat; pacem impertit, veniam vicissim (1285) prae-

καὶ ταῦτα μὲν πέπρακτο τόνδε τὸν τρόπον,
ἡ δὲ στρατιὰ στασιάσασα τότε
Φωκᾶν ἀνηγόρευσαν εἰς βασιλέα·
μεθ' οὗ πόλιν φθάνουσι τὴν βασιλίδα,
καὶ ταινιοῦται παλάμαις ἀρχιθύτου.
σπούδασμα προύργου τῷδε λοιπὸν γίνεται
τὸ Μαυρίκιον παγγενὲ δοῦναι ξίφει·
ὅθεν κελεύσει (φεῦ φονικῆς καρδίας)
Φωκᾶ τυράννου τοῦδε καὶ φαυλεργάτου
(δεῖ γὰρ ἐπιτρέχοντα λιπεῖν τὰν μέσῳ)
γυνή τε παῖδες ἐκθερίζονται ξίφει,
τοῦ Μαυρικίου συμπαρόντος δρωμένοις
καὶ τὰς σφαγὰς φέροντος ἀνδρειοφρόνως
καὶ τῶνδε χάριν τῷ θεῷ κατειδότος.
καὐτὸς τέλος τέθνηκεν ἀδίκῳ κρίσει.
Οὗτος τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων
νεὼν τελειοῖ φαιδρύνας ὑπερλίαν,
πρὸς Τιβερίου κτίσεως πρὶν ἠργμένης.

Φωκᾶς ὁ τύραννος ἔτη η'.

Φωκᾶς τυραννεῖ τοῦ βασιλείου κράτους,
ἀνὴρ ἀποφράς, αἱμοχαρὴς καρδία,
τύραννος ὠμὸς καὶ φιλαίματος κύων,
γυναικομανὴς καὶ φίλοινος καὶ πότης,
αὐταρχίας ὄνειδος ἢ μᾶλλον λύμη,

1292 παγγενῆ V

teritarum impetrat iniuriarum. horum gestorum talis fuit exitus. exin exercitus motu seditioso imperatorem acclamavit Phocam, qui fretus armis Byzantium veniens (1290) stemmate ornatur manu archipraesulis. mox pretium operae facturum se putavit, si Mauricii genus omne perimeret. quamobrem de mandato cruenti animi, Phocae tyranni inquam scelestissimi, (1295) (mitto enim quicquid intermedium exstitit) principis uxor liberique gladio caeduntur. aderat spectans Mauricius caedemque heroico tolerabat animo, gratiam immo deo ob eandem agens. (1300) ipse ad extremum nece iniusta periit.

Rex hic quadraginta Christi martyrum templum absolvit ornans mirifice, quod Tiberius struere coeperat.

Phocas tyrannus an. 8.

Phocas tyrannice regnum occupavit, (1305) nefarius homo, sanguinarius animus, saevus tyrannus, cruoris canis appetens, mulierosus, comissator, ebriosus, imperii dedecus vel magis exitium, prosperitatis

τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀφανιστὴς πραγμάτων,
ὑπηκόων δήμιος ἀλάστωρ φθόρος,
ὕδατι πυρὶ καὶ θαλάσσῃ καὶ ξίφει
οἴκτιστα τοὺς μὲν ἐκδιδούς, φεῦ τοῦ πάθους·
τῶν δ' αὖ μέλος μέρος τι σώματος τέμνων
περινοστεῖν ὄνειδος εἶα τῷ βίῳ
οὗ ῥαθυμίᾳ συνεχεῖ τ' οἰκουρίᾳ
ἑῷα Πέρσαι κατέδραμον χωρία,
ἐπῆλθον ὅπλοις Καππαδοκίας ὅροις
καὶ Γαλατίας καὶ Παφλαγόνων τόποις,
κοίλης Συρίας, τῆς ὅλης Ἀρμενίας,
λεηλατοῦντες καὶ μέχρι Χαλκηδόνος,
Παλαισίνην δὲ καὶ τόπους τῆς Φοινίκης
τοῖς ὑφ' ἑαυτοὺς συνέταξαν χωρίοις.
τὸ δ' Ἀβάρων στράτευμα πάλιν ἐν δύσει
χώρας δυτικὰς κατέκειρε καὶ πόλεις.
ἡ στρατιὰ δ' ἔφθαρτο Ῥωμαίων μάχαις,
λοιμός τε λιμὸς κατέτρυχε τὰς πόλεις,
ἀμετρία κρύους τε καὶ κτηνῶν φθίσις,
κακὰ διωλύγια, ποικίλα πάθη.
τὸ κατ' Ἀντιόχειαν δ' Ἑβραίων φῦλον

1314 haec Phocae verissima vituperatio prorsus infirmat fidem laudativae inscriptionis his annis in Romano foro detectae sub columna honori eius regnantis ab assentatore dicata, quae est huiusmodi: † *optimo* clementis. *felicissimo*que principi, domino N. *Focae*, *imperatori* perpetuo, a do coronato, triumphatori semper augusto, Smaragdus ex praepos. sacri palatii ac patricius et exarchus Italiae, devotus eius clementiae, pro innumerabilibus pietatis eius beneficiis et pro quiete procurata Ital. ac conser*vata* libertate hanc *statuam pietatis* eius, auri splend*ore mican*tem, huic sublimi colu*mnae ad* perennem ipsius gloriam imposuit ac dedicavit die prima mensis August. indict. und pc. pietatis eius anno quinto. M.

Romanae eversor, (1310) carnifex populi, daemon, et labes, aqua igne mari gladio perdens alios tristissime, proh miseriam! alios imminutos corporis partibus sinens ignominiam suam circumferre. (1315) dum hic ignave desidet domi, eoas incursarunt provincias Persae: armis pulsarunt fines Cappadocas, Galatarum terras et Paphlagonum; ex Coelesyria cunctaque Armenia (1320) praedas egerunt usque Chalcedonem: tum Palaestinam et fines Phoenicios in provinciam Persicam redegerunt. at in occidente Abarorum exercitus terras atque urbes populabatur. (1325) Romanae vires proeliis sunt accisae, urbes afflixit fames cum pestilentia, vis nimia frigoris et iumentorum lues, malorum cohors immensa et multiformis. tum etiam Antiochiae Iudaicus populus (1330) sedi-

στάσιν κινοῦσι καὶ μάχην χριστωνύμοις,
καὶ δρῶσι πολλοὺς εὐσεβῶν ἔργον ξίφους,
μεθ' ὧν Ἀναστάσιον αὐτῆς ποιμένα,
καὶ νεκρὸν αὐτοῦ τῷ πυρὶ δεδωκότες.
οὕτω κακῶν τις Ἰλιὰς πάντ' ἐκλύνει,
καὶ κυμάτων σύρροια, καθάπαξ φάναι,
λαιλάψ τε δεινὴ καὶ καταιγὶς καὶ ζάλη
καὶ τρικυμία πνευμάτων ἀντιπνόων
ἐφιλονίκουν τῷ βυθῷ καταδῦσαι
αὐταρχίας ὁλκάδα τῆς ἐγκοσμίου,
ναύαρχον οὐκ ἔχουσαν οἰακοστρόφον.
οὕτω κακῶς πάσχοντος Αὐσόνων κράτους
στρατηγὸς Ἡράκλειος Ἀφρικῆς τότε,
στόλῳ πεπλευκὼς εἰς βασιλίδα πόλιν,
ἥττησε Φωκᾶν, συμπλακεὶς τῷδ' εἰς μάχην,
καὶ τόνδε κτείνας παραλαμβάνει κράτος.

Ἡράκλειος ἔτη λα'.

Φωκᾶ φθαρέντος, ὡς ἔφην, αὐτοκράτωρ
Ἡράκλειος πέφηνεν, ἀριστεὺς μέγας,
ἄλλος τις ὄντως Ἡρακλῆς κατὰ σθένος,
οὐ θηρίων γῆν ἐκκαθαίρων ἀλόγων,
οὐδ' Εὐρυσθέως προσταγαῖς εἴκων βίᾳ,
ἀλλ' ἀπελαύνων ἐκδιώκων μακρόθεν
πόρρω τε τιθεὶς γῆς ὅλης Ῥωμαΐδος

1345 τὸ κράτος V

tiosa pugna Christianos appetiit, permultasque piorum vitas gladio messuit; in his pastorem urbis Anastasium, cuius etiam cadaver igni tradidit. sic malorum Ilias quatiebat omnia. (1335) prorsus veluti quidam concursus fluctuum, turbo, procella, maris aestuatio, gravis tempestas flatuum adversariorum, certabant profundo mergere mundani imperii navigium, (1340) navarcho destitutum, qui clavum regeret. cum res Romanae ita laborarent, Africae per id tempus dux Heraclius, armatam classem appellens ad urbem regiam, Phocam conserto proelio debellavit; (1345) quo occiso sibi imperium vindicavit.

Heraclius an. 31.

Phoca sublato, ut dixi, imperator processit Heraclius, ingens heros, alter reapse Hercules propter vires, nec vero terram purgans brutis beluis, (1350) neque Eurysthei mandata coactus faciens, verum expellens longissimeque persequens Romanisque finibus procul submovens,

Χριστοῦ δυνάμει, σταυρικῇ παντευχίᾳ,
ὡς θῆρας ἄλλους ἀγρίους φιλαιμάτους
ἢ παλαμναίους καὶ θρασεῖς κύνας λύκους,
Πέρσας ἀναιδεῖς ἁρπαγαῖς κεχρημένους.
ὃς ὢν στρατηγὸς καρτερόψυχος μάχαις
καὶ ζηλοτυπῶν πατρίων νόμων χάριν
κλέους τε τοῦ πρὶν Αὐσόνων κραταρχίας,
πολλοὺς ἀνατλὰς καὶ μεγάλους κινδύνους,
ὑπερμαχεῖ κάλλιστα Ῥωμαίων ὅρων
εἰς πίστεως σύστασιν εὐσεβοφρόνων,
εἰς ἀντέρεισιν εὐαγῶν Χριστοῦ νόμων
εἴς τε πλατυσμὸν τοῦ κράτους σχοινισμάτων
ἐπάνοδόν τε Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων.
λεηλατοῦντος τηνικαῦτα Χοσρόου
Περσῶν κρατάρχου πάντα τῆς ἕω μέρη,
καταδραμόντος καὶ Παλαιστίνης ὅρους,
θεοῦ πόλιν τε τὴν Σιὼν ἡλωκότος,
χριστωνύμων ἔφθαρτο πλῆθος μυρίον,
ἐς μυριάδας ἐννέα ποσούμενον,
τὸ μὲν θερισθὲν τῶνδε πρὸς μάχῃ ξίφει,
τὸ δ' αὖ φονευθὲν Ἑβραίων κακουργίᾳ·
ὠνούμενοι γὰρ αἰχμαλώτους δυστρόπως
μικρᾶς τιμῆς οὗτοί γε πρὸς τῶν βαρβάρων
ὑπῆγον εὐθὺς τῇ τομῇ φεῦ τοῦ ξίφους.
Πέρσαι δὲ Σιὼν ποιμένα, θεῖα ξύλα
ἐς Περσίδ' ἀπήγαγον αὐτῶν πατρίδα.

1371 *μυριάδων ἐννέα ποσουμένων* V

Christi virtute crucisque panoplia, feras alias saevas et sanguinarias (1355) dirosque lupos atque canes rabidos, impudicos nempe Persas ac direptores. hic cum dux esset in proeliis strenuus et patriarum legum amore flagrans, dum veterum imperii gloriam revocat, (1360) multis magnisque implicuit se periculis, fines Romani orbis protexit strenue, orthodoxorum dogmata confirmavit, pro sanctis Christi legibus arma movit, proque dilatandis etiam imperii finibus, (1365) prorsus ut rem Romanam restitueret. tunc autem Persidis regnatore Chosroë eoas ubique terras depraedante, fines quoque invadente Palaestinos, ita ut Theopolim ipsam Sionem ceperit, (1370) Christicolarum periit immensus numerus, milia hominum scilicet nonaginta, partim in ipso proelio gladiis caesa, partim dolo Hebraeorum pessum data. quippe hi captivos fraudulenter emptos (1375) tenui repensa barbaris pecunia, protinus gladiis, pro dolor! conficiebant. barbari Sionis pastorem sacrumque lignum in Persidem abduxerunt, patriam suam. haec imperator audiens

ταῦθ' ὁ κρατῶν γνοὺς πυρπολεῖται καρδίαν,
στράτευμι' ἀποχρῶν μηδαμῶς κεκτημένος
μηδ' αὖ δαπάνην χρημάτων ἀναλόγων
εἰς ἀντιπαλάμησιν ἐχθρῶν βαρβάρων.
ὅμως δὲ καὶ χρήματα καὶ στρατοῦ στῖφος
καὶ τὰ πρὸς ἐξόπλισιν εὖ ἀπαρτίσας,
τὰ μὲν πρὸς οἴκων ἱερῶν χάριν δάνους
τὸν δ' ἐκ θεμάτων συναγείρας ὡς δέον,
κατὰ Χοσρόου σὺν θεῷ νίκης δότῃ
μετὰ στρατιᾶς ἐμβάλλει τῇ Περσίδι.
θεοῦ τὸ λοιπὸν ἐμπνέοντος τὸ σθένος
περιφανῆ τρόπαια, γενναίας νίκας
ἐκεῖ παρὼν δέδρακε κατὰ βαρβάρων·
ἔκτεινε καὶ γὰρ βαρβάρων πλείστας ἴλας,
ἤλασε λείαν καὶ λαφυραγωγίαν,
δῃῶν ἐρημῶν πυρπολῶν τὰ βαρβάρων.
ταῦτ' ἐν χρόνοις ἓξ Ἡράκλειος ἀνύσας,
ξύλα τε σεπτὰ καὶ Σιὼν ἀρχιθύτην
Ἱερουσαλὴμ ἐγκαταστήσας πόλει,
πρὸς βασιλίδα καθυποστρέφει πόλιν,
ἐν ἑβδόμῳ κάλλιστα χαίρων τῷ χρόνῳ,
ὑμνούμενος στόμασιν ἀστῶν μυρίων,
ὀφθεὶς ἀριστεὺς γεννάδας νικηφόρος.
Οὗτος βασιλεὺς ἐξομαρτῶν ποιμέσιν,
ἢ μᾶλλον εἰπεῖν μισθίοις τε καὶ λύκοις,
ἐκ συγχυτικῶν οὐ καθαρῶν ναμάτων

angebatur, (1380) nempe militum numero pauciore instructus, item pecuniae auxilio destitutus, quominus hostem barbarum propulsaret. mox tamen opes numerosumque exercitum armorumque apparatum apte instruens, (1385) pecunia e templis mutuata gratis, collecto de provinciis idoneo milite, adversus Chosroëm deo victorioso fretus cum exercitu in Persidem facit impetum. exin vigorem animis subdente deo, (1390) victorias nobiles, splendida tropaea rex illic praesens rettulit de barbaris. occidit enim hostium catervas plurimas, praedam abegit, manubias abstulit, strage igne vastitate attrivit barbaros. (1395) his Heraclius patratis intra sexennium, post sanctum lignum cum Sionis praesule Hierosolymis rursus collocatum, ad regiam urbem septimo revertitur mirifica laetitia redundans anno, (1400) hymnis innumeris celebratus populi, heros et victor praedicatus nobilis.

Hic rex quibusdam pastoribus obnoxius vel potius mercenariis, immo et lupis, ex his synchyticis impurisque fontibus (1405) peru-

ἀνατροπὴν ποτίζεται βδελυκτέαν.
ἐφ᾽ οὗ Μουχούμετ λαοπλάνος καὶ φέναξ,
φύλαρχος αἰσχρὸς Ἀγαρηνῶν ἀθέων
καὶ μυσταγωγὸς ἀθεμίτων ὀργίων,
φθισίβροτος λύμη τις ἐξέφυ βίῳ·
ὃς ὢν γυναικὸς Περσίδος θῆς πλουσίας,
ἀνὴρ γόης ἄσημος, ἀτίμου γένους,
σύνευνον ἔσχε τήνδε κακοτεχνίας·
εἶτα φύλαρχος καὶ διδάσκαλος πλάνος
οὐκ οἶδ᾽ ὅπως γένοιτο τῶν ἐκ τῆς Ἄγαρ.
οὗτος προϊὼν ἐξ Αἰθρίβου χωρίων
ὑποστρέφοντι βασιλεῖ νικηφόρῳ
προσῆλθεν αἰτῶν χῶρον εἰς κατοικίαν·
καὶ παραλαβὼν κατέδραμε Συρίαν,
καὶ Ῥωμαϊκῶν κατακρατεῖ χωρίων.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Ἡρακλείου ἔτος α΄.

Τοῦ δ᾽ Ἡρακλείου τὸν βίον λελοιπότος
Κωνσταντῖνος παῖς ὀρθόφρων ἔσχε κράτος·
μεθ᾽ ὃν σὺν υἱῷ Ἡρακλωνᾷ Μαρτίνα,
ὧν γλῶσσαν ἡ μὲν τέμνεται μάλ᾽ ἐνδίκως,
Ἡρακλωνᾶς δὲ τοῦ προσώπου τὴν ῥῖνα,
φυγὴν κατακριθέντες ἐνδικωτάτην.

1405 ποτίζει V 1412 κακοτεχνίαις? 1422 scilicet Martina noverca sustulit veneno Constantinum privignum, invasitque tyrannidem cum Heraclona filio; cuius sceleris iustas poenas mox dedit. M.

ciem perpotavit exsecrabilem. sub eo Mahumetus, populi seductor fallax, turpis atheorum princeps Agarenorum, nefandae religionis antecessor, ad hominum exitium orbi innotuit. (1410) feminae hic ditis Persidis cum esset famulus, impostor, homo obscurus, stirpe ignobili, hanc habuit tori sociam et malitiae. exin evasit princeps doctorque nugax nescio quo pacto apud Agarae posteros. (1415) idem progrediens ex Aethribi regionibus imperatori post victoriam reduci occurrens, sedem ad incolendum petiit; qua mox impetrata Syriam incursavit et Romanorum terris potiri coepit.

Constantinus Heraclii filius an. 1.

(1420) Postquam Heraclius finem vitae imposuit, Constantinus filius regnavit orthodoxus; post quem Martina cum Heraclona filio. sed enim matri merito lingua exciditur, turpiter Heraclonas truncatur naribus, (1425) uterque exsilio multatur iustissimo.

Κώνστας ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἤτοι ὁ ἔγγονος Ἡρακλείου ἔτη κ̣ζ̣.

Εἶτα κατάρχει τοῦ κράτους τῶν Αὐσόνων
Κώνστας, διώκτης εὐσεβεστέρου μέρους,
Κωνσταντίνου παῖς, ἔγγονος δ' Ἡρακλείου,
τἆλλα μὲν οὐκ ἄχρηστος ὀφθείς τις κράτωρ,
σέβας δ' ἀχρεῖος οἰοφυσίτης τάλας,
ὃς ἐκδιώκων ὀρθοδοξούντων μέρος
καὶ Μάξιμον δ' ἤλασε τὸν θεηγόρον
σὺν τοῖς μαθηταῖς καὶ Μαρτῖνον τὸν πάπαν.
ὅμαιμον αὐτοῦ κτείνας οὗτος ὁ κράτωρ
μισητέος κέκριτο καὶ βδελυκτέος,
καὶ μᾶλλον οἷς δέδρακε κακῶς ἁγίους.
διατριβὰς οὖν ἐκλιπὼν Βυζαντίδος
πρὸς Σικελίαν τὴν μεγίστην ἐκπλέει,
καὶ Συρράκουσαν ἔσχεν εἰς κατοικίαν.

Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἔτη ι̣ζ̣.

Τούτου σφαγέντος καὶ μεταστάντος βίου
Κωνσταντῖνος παῖς εὐσεβής, Πωγωνάτος,
παραλαβὼν ἴθυνε τὴν κραταρχίαν,
ἀνὴρ ἀγαθός, ὀρθοδοξίας φίλος,
ὅστις πατρῴαν κακοδοξίαν λύων
ἤθροισε σεπτῶν πατέρων θεῖον στῖφος,
συνέδριον κάλλιστον ὀρθοδοξίας,
ἐπί γε Χριστοῦ δογματισάντων ἅμα

Constans Constantini filius Heraclii nepos, an. 27.

Exin Romanorum obtinet imperium Constans, piarum persecutor partium, Constantini filius, nepos Heraclii, ceteris usibus non malus imperator, (1430) dogmate sed pravus, monophysita miser; qui dum negotium facessit orthodoxis, Maximum quoque theologum expulit cum suis discipulis cumque Martina papa. cum vero et proprium fratrem occidisset, (1435) invisus plane evasit et abominabilis; tum praesertim quia sanctos iniuria affecerat. ergo Byzantii degere iam non sustinens ad insularum maximam Siciliam venit, et Syracusis stabilem sedem fixit.

Constantinus Pogonatus an. 17.

(1440) Cum violenta Constans obiisset nece, Constantinus pogonatus, praedicti filius, delatum ad se imperium coepit regere, vir bonus, dogmatis recti amans; qui ut patris haeresim solveret, congregavit (1445) venerabilium patrum divinum coetum, pulcherrimum synedrium orthodoxiae; qui definierunt in Christo fuisse simul duas voluntates na-

διττὰς θελήσεις καὶ φύσεις ἡνωμένας.
καὶ καθελόντων πάντας οἰοφυσίτας.
τούτου κρατοῦντος Ἀγαρηνῶν τις στόλος
τῇ βασιλίδι προσβαλὼν ταύτῃ πόλει
ἐβύσκετο ξύμπαντα τὸν πέριξ τόπον.
ἦρος μὲν ἱστὰς χαλεπὰς ναυμαχίας,
ὥρμιστο χειμῶνος δὲ τοῖς νεωρίοις
τοῖς τῆς Κυζίκου μέχρι ἑβδόμου χρόνου.
ἐπεὶ δὲ τετρύχωτο μήκει τοῦ χρόνου,
πλοῖά τε συντέτριπτο τούτου τὰ πλέω,
ὀφλισκάνων γέλωτα καθυποστρέφει,
καὶ κατὰ τὴν κέλευθον ἅπας ἐφθάρη
λαίλαπι δεινῇ τῇ θεοῦ συνεργίᾳ.
πρὸς τοῖσδ' Ἀβάρων στρατιὰ φρικαλέα
ἐπῆλθε ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει,
φρίσσουσα τοῖς δόρασι καὶ πανοπλίαις,
καὶ πᾶσα κατέφθαρτο Ῥωμαίων σθένει,
τῶν νεκριμαίων βαρβάρων ποσουμένων
ἐς χιλιάδας τριάκοντα τὰς ὅλας.
ὑγρόν τε πῦρ εὕρητο τούτοις τοῖς χρόνοις
Σύρου παρά του τέκτονος Καλλινίκου.

Ἰουστινιανὸς ὁ Ῥινότμητος ἔτη ι'.

Εἶτ' Ἰουστινιανὸς ἦρξε τοῦ κράτους,
Κωνσταντίνου παῖς, εὐσεβὴς κατὰ σέβας,

1451 hinc atque ex aliis locis similibus satis apparet chronologum Ephraemium fuisse vel patria Byzantinum vel saltem incolatu. M.

turasque unitas duas, cunctisque valedixerunt monophysitis. (1450) hoc imperante quaedam Agarenorum classis ad hanc adnavigans urbem regiam populabatur omnem circa locum, vere quidem acres committens naumachias, hieme se subducens ad navalia. (1455) Cyzici; atque id septennio factitavit. sed cum iam lapsu temporis attrita esset confractaeque laborarent pleraeque naves, ridicula iam classis reversa est. tum universa in cursu pessum ivit (1460) turbine gravi, vi conspirante dei. insuper Abarorum formidabilis exercitus ad hanc urbem accessit regiam, lanceis horridus et cataphracto milite. attamen universus Romanis viribus (1465) succubuit, tot cadentibus in acie barbaris ut triginta milium summa collecta fuerit. ignem quoque Graecum his temporibus Syrus invenit artifex Callinicus.

Iustinianus Rhinotmetus an. 10.

Deinde Iustinianus regnare coepit, (1470) Constantini filius, reli-

φρονῶν μὲν ὀρθά, πλὴν δ' ἀπηνὴς εἰς ἄγαν.
οὗτος Σθλαβικῶν βαρβάρων ἀποκρίνας
ἡβῶντας ἄνδρας, ὁπλίτας ῥωμαλέους,
φονικὸν ἐκπνέοντας Ἄρην ἐν μάχαις,
ἐς χιλιάδας τρὶς δέκ' ἀριθμουμένους,
νέον συνεστήσατο σύνταγμα φίλον,
λαὸν περιούσιον αὐτὸ καλέσας·
ἐφ' ᾧ γεγηθὼς καὶ πεποιθὼς μειζόνως
κατ' ἀντιπάλων ἐστράτευσεν Ἀρράβων,
σπονδὰς λελυκὼς τὰς πρὸς αὐτοὺς ἀδίκως.
ἐπῆλθε τοίνυν σὺν στρατιᾷ βαρβάροις
σύγχυσιν ὅρκων ἐν λύπῃ ποιουμένοις.
στρατὸς δ' Ἀράβων ἀντεπήγετ' αὖ πάλιν
σπονδῶν γραφὴν ἔνορκον ἐκκρεμαμένην
κοντοῦ φέρων, σφῶν στρατιᾶς ἡγουμένην.
καὶ συρραγείσης καρτερᾶς δεινῆς μάχης
ἀποστατῆσαν ἐκ φάλαγγος τῆς νέας
τὸ πλεῖστον αὐτῆς, χιλιάδες δὶς δέκα,
προστίθεται κάκιστα τοῖς ἀντιπάλοις.
ἐντεῦθεν αἰσχρῶς βασιλεὺς ἡττημένος,
μόλις φυγὼν κίνδυνον, ἀνθυποστρέφει·
καὶ τηνικαῦτα, φεῦ ἀπανθρώπου τρόπου,
τοὺς ἐκ νέου τάγματος ἐκλελειμμένους
πάντας μαχαίρας τῇ τομῇ καθυπάγει.
καὶ βάρβαροι μὲν τοῦ κατείργοντος σπάνει
ἕῳα πάντα κατέδραμον χωρία,

1485 ἡγουμένης V

gione sincerus, dogmate rectus, sed crudelis admodum. hic e barbaris Sclavis delectu habito puberes iuvenes, bellatores validos, cruentum Martem in proeliis spirantes (1475) conscripsit, milia triginta scilicet, novum exercitum carum praecipue, quem appellavit populum eximium; quo delectatus confidensque maxime bellum suscepit adversus Arabes, (1480) pace cum ipsis dirempta inique. barbaros igitur armis est aggressus, qui abruptum foedus aegre ferebant. Arabum copiae vicissim processerunt iurati foederis scriptum suspensum (1485) conto gestantes primis in ordinibus. mox obstinato acrique conserto proelio, novae phalangis defecit subito pars maior, scilicet viginti mille, seque foedissime adiunxit hostibus. (1490) quamobrem turpiter victus imperator, aegre periculo elapsus, revertitur. tunc autem, eheu inhumanum animum! novae phalangis partem residuam gladiorum ictibus cunctam subiecit. (1495) barbari autem prohibente nemine eoas cunctas incursabant

αὐτὸς δ' ἀπησχόλητο κτίσμασι δόμων,
ἐνδιατρίβων τοῖς βασιλείοις δόμοις,
τοῖς πᾶσι βαρὺς δυσαχθὴς δεδειγμένος.

Λεόντιος ἔτη γ'.

ὅθεν μισηθεὶς ἀπελήλαται κράτους
ἐπιφυέντος τῷδε τοῦ Λεοντίου
καὶ κράτος ἁρπάσαντος εὐχερῶς δόλῳ,
ὃς τοὺς φυλακαῖς ἐγκαθειργμένους λύσας,
μεθ' ὧν ἐθάρρει δράματος συνιστόρων
ἄλλων τε πολλῶν, ἐκτελεῖ δεδογμένα,
καὶ καθελὼν ἄνακτα τὸν πρὶν τοῦ θρόνου,
τεμών τε ῥῖνα τοῦ προσώπου καινίδι,
εἰς Χερσῶνα πέπομφεν ἔμφρουρον πέλειν.
Οὕτω κρατοῦντος τοῦ κράτους Λεοντίου
στόλος πεπλευκὼς Ἀράβων ἐθναρχίας
ὅρους Ἀφρικῆς κατέκειρε καὶ πόλεις.
καὶ πέμπεται δὴ πρὸς βασιλέως στόλος
εἰς ἀντιπαράταξιν ὑπεναντίων,
ὃς συρραγεὶς ἥττητο βαρβάροις μάχῃ
καὶ παλινοστῶν πρὸς Κρητῶν νῆσον φθάνει,

Ἀψίμαρος ἔτη ζ'.

ἔνθ' Ἀψίμαρόν τινα συναποστάτην
ἀνεῖπον ὡς ἄνακτα τῆς Ῥωμαΐδος·

1507 en belle Ephraemius confirmat vocabulum καινίς, quod ab antiquioribus lexicis abest, quodque Herodianus nuper editus Epimer. p. 63 explicat μάχαιρα. M.

partes. ipse struendis domibus dabat operam, in regiis palatiis tempus conterens, gravis iam omnibus et intolerabilis.

Leontius an. 3.

(1500) igitur invisus imperio deiicitur Iustinianus, Leontio rebellante doloque facili potentiam arripiente. namque carceribus detentos liberans hos adiutores habuit facinoris, (1505) aliosque multos rei perficiendae socios. quare priorem throno regem detrahens, eumque naribus ense inhoneste truncans, ad Chersonem urbem custodiendum misit.

Sic ad Leontium delata re publica, (1510) classis profecta ex Arabum dicione populabatur fines urbesque Africae. vicissim igitur mittitur a Caesare classis quae hostibus adversetur. haec autem proelio cum barbaris conserto (1515) vincitur, et rediens Cretae tenet littora.

Apsimarus an. 7.

illic Apsimarum, defectionis socium quendam, Romani dominum im-

μεθ' οὗ πόλιν φθάνουσι τὴν βασιλίδα,
καὶ καθελόντες τὸν Λεόντιον θρόνου
φρουρᾷ καθειργνύουσι μεστῇ πικρίας,
πρόσθεν τεμόντες τοῦ προσώπου τὴν ῥῖνα.
ἦν δ' Ἰουστινιανὸς ἐν τῇ Χερσῶνι,
ὅθεν διαδράς, ἱέραξ ὡς ἐκ βρόχων,
πρὸς Βουλγάρων ἄρχοντα διέπτη τάχος,
καὶ πείσας αὐτὸν δωρεαῖς δαψιλέσιν,
ὑποσχέσει κήδους τε καὶ χωρῶν δόσει,
σὺν βαρβαρικῇ στρατιᾷ φθάνει πόλιν·
καὶ νυκτὸς ὀλκὸν ὑπόγειον εἰσδύσας
ἐντὸς δι' αὐτοῦ γίγνεται Βυζαντίδος,
καὶ πάλιν ἀπείληφε τὴν κραταρχίαν,
κτείνας τὸν Λεόντιον σὺν Ἀψιμάρῳ,
ἀμοιβαδὸν πρὶν κεκρατηκότας κράτους.

Πάλιν ὁ Ῥινότμητος ἔτη ς'.

ἀμύνεται δὲ καί τινας τῶν ἐν τέλει.
Οὗτος τρέφων ἔνανσμα μήνιδος χόλου
πόλει Χερσῶνος καὶ προσοίκοις Χερσῶνος,
ζητοῦσιν αὐτὸν ἀνελεῖν πεφευγότα,
ἐκ τῶνδ' ἀνῆψε θυμικὴν σφοδρὰν φλόγα
εἰς τῶνδε πυρπόλησιν, εἰς ἐρημίαν.
στρατιὰν οὐκοῦν εὐτρεπίσας μυρίαν
καὶ ναυτικὸν στράτευμα σὺν βαρεῖ στόλῳ,
ἐφ' ὧν ἐφίστα καὶ στρατηγῶν δυάδα,

perii creant; quicum ad urbem regiam properantes throno Leontium protinus deturbant, (1520) eumque duro carcere concludunt, naribus prius de facie praecisis. Iustinianus interim Chersone urbe profugiens, veluti accipiter laqueo, ad Bulgarorum regem raptim advolat; (1525) quo magnis sibi donis conciliato, oblatis etiam nuptiis et terris aliquot, cum barbarico exercitu ad urbem venit, arcanumque aquaeductum noctu permeans intra Byzantii moenia recipitur. (1530) sic ergo rursus imperium adipiscitur, Leontio cum Apsimaro interfectis, qui alternatim antea regnaverant.

Rhinotmetus iterum an. 6.

exin et senatores interfecit aliquot.

Tum ultricis irae fomitem corde gerens (1535) contra Chersonem contraque huius finitimos, qui se extorrem perdere coniuraverant, nunc demum excitavit ingentem flammam, ut eos igne redigeret in solitudinem. igitur comparato ingenti exercitu (1540) cum maritimo milite et classe gravi, duobus etiam praepositis ducibus,

πρηστῆρας ἐκπέπομφε κατὰ Χερσῶνος,
φειδὼ κελεύσας μηδενὸς λαβεῖν ὅλως
οἷς ἡ πόλις πέφυκε κατοικουμένη,
κτεῖναι δὲ πάντας ὡς προβάτων ἀγέλην,
κτείνοντας ἐκτέμνοντας, ὢ τραγῳδίας,
πιμπρῶντας αὐτούς, ἐκθερίζοντας ξίφει.
οἱ μὲν πόλιν ἔπλησαν οὕτω τοῦ φόνου
μύσους τ' ἐναγοῦς καὶ στεναγμιῶν καὶ γόων,
σωροὺς ἀναστήσαντες αὐτῇ πτωμάτων,
ὡς σφίσιν ἐντέταλτο, φεῦ φεῦ τοῦ πάθους,
οὐδ' ἀνεκτὴν ὄμμασιν ἡμέροις θέαν,
πάντας ἀφειδῶς ὑπάγοντες τῷ ξίφει,
μόνης ἀώρου νηπίων ἡλικίας
καὶ μειρακίσκων συμπαθῶς πεφεισμένοι.
ὁ δὲ κρατῶν γνοὺς νηπίων σωτηρίαν,
Φάλαρις ἢ Ἔχετος, Ἡρώδης πλέον,
κύων ὁ φιλαίματος ἐξώργιστό πως
οἷς ταῦτα μὴ γένοιντο πάρεργον σπάθης·
καὶ μηνιῶν ἦν, καὶ στελεῖν ἄλλον στόλον
δράσοντα τὴν δῄωσιν ἠπείλει τάχος.
ταῦτ' ἄρα λαὸς Χερσῶνος λελειμμένος
στολός τε παρὼν ἐκ βασιλέως τότε
ἀποστατήσας Φιλιππικὸν Βαρδάνην
εὐθὺς ἀνευφήμησαν ὡς βασιλέα·
μεθ' οὗ καταπλεύσαντες ἦκον εἰς πόλιν,
καὶ συλλαβόντες ἐκθερίζουσι ξίφει
κάραν φονουργὸν κράτορος σὺν τῷ γόνῳ.

fulgurum instar contra Chersonem misit, mandans ut nemini prorsus parcerent, quotquot in urbe cives habitarent, (1545) sed cunctos ritu pecudum interficerent, mactando, iugulando (heu tragoediam!) urendo flammis, gladiis demetendo. illi sic iussi caede replerunt urbem infandis caedibus et luctu et gemitibus, (1550) exstruxeruntque in urbe ingentem cumulum aggestis cadaveribus (pro miseriam!), intolerandum mitibus spectaculum, cunctis inclementer trucidatis civibus. ex his infantium tantum acerba aetas (1555) ac puellorum meruit clementiam. at ubi rex cognovit servatos pueros, Phalaris alter, Echetus, Herodes, canis immo cruentus, ira excanduit, quod haec mantissa caedi non accesserit. (1560) iamque furebat, et statim novam classem exitii causa missurum se minabatur. interim tamen reliquus Chersonis populus cum classe regia tunc ibi praesente, conversis armis, Philippicum Bardanem (1565) subito motu Caesarem acclamarunt; quo duce ad urbem regiam navigantes, Iustiniano potiti, gladio demetunt eius crudele caput et filii pariter.

Φιλιππικὸς ὁ καὶ Βαρδάνης ἔτη β' ϛ'.

Οὕτω μὲν ἔσχε Φιλιππικὸς τὸ κράτος,
δοκῶν μὲν εἶναι ῥητορικὸς ἐν λόγοις,
ἐπήβολος λόγων τε καὶ μαθημάτων,
καὶ πρός τι πᾶν εὔχρηστος ἐν συνουσίαις,
πρὸς δ' αὖ περιδέξιος ἐν συντυχίαις,
ἀδέξιος πάμπαν δὲ πρὸς τὰ πρακτέα,
τὴν γλῶσσαν αὐχῶν μὴ συνάδουσαν λόγοις.
οὗτος πεπωκὼς συγχυτικῶν ναμάτων
ἔσπευδε τάλας ἀκυρῶσαι καθάπαξ
σύστημα σεπτῶν πατέρων θεηγόρων
ἕκτης κυρωτὸν συνόδου θεοκρίτου
ματαιότητος δυσσεβεῖ συνεδρίῳ,
τινὶ μοναχῶν αἱρετικῆς φρατρίας
αἰτοῦντι χάριν τῆς προγνώσεως τίνων
τοῦ κράτος ἕξειν ἀθέτησιν συνόδου.
ἐφ' οὓς Μυσῶν στράτευμα Θρᾴκης χωρία
ἤλασε λείαν καταδραμὸν μυρίαν,
φθάσαν πρὸ τειχῶν ἄστεως βασιλίδος.
οἱ δ' Ἀγαρηνοὶ τὰ μέρη τὰ καθ' ἑῶ
λεηλατοῦσι καὶ σκυλεύουσιν ὅπλοις.
οὕτως ῥᾳθύμως πλημμελῶς ἀρχὴν στρέφων,
μᾶλλον δὲ κοινὰ πράγματα καταστρέφων
εἰλικρινῆ τε δόγματα διαστρέφων,
ἐν συσσιτίῳ συσχεθεὶς τοῖς ἐν τέλει
ἔσβεστο λύχνους ἀξίως τῶν ὀμμάτων.

1575 ita codex; quae lectio improbabilis videtur. M.

Philippicus Bardanes an. 2 mens. 6.

Atque ita imperium obtinuit Philippicus, (1570) vir sermone quidem admodum rhetoricus, doctrinis atque literis eruditus, omni consilio abundans in colloquiis, praeterea satis dexter in variis casibus, sed tamen ad gerendas res ineptus, (1575) vana lingua praeditus haud factis consentanea. cum hic synchyticos fontes ebibisset, statim heu miser abrogare voluit impio stultorum synedrio haereticorum augustum patrum theologorum coetum, (1580) qui divinam sextam synodum approbaverant. namque is partium haereticarum monacho praedicti imperii mercedem promiserat, petenti sextae synodi abrogationem. sub eo Moesorum turmae Thracios fines (1585) ablata incursaverunt praeda innumera, ipsius regalis urbis usque ad moenia. tum et Agareni terras Orienti obversas omni re corrasa armati diripuerunt. ergo dum hic Caesar pigre maleque gerit (1590) imperium, vel rem publicam dum potius subruit et simul recta dogmata perverti curat, a senatoribus captus in convivio lumine oculorum merito orbatus fuit.

Ἀναστάσιος ὁ καὶ Ἀρτέμιος ἔτος α', οἱ δὲ ἔτη β'.

Εἶτα παρῆλθεν εἰς διοίκησιν ὅλων
ἀρχήν τε βασίλειον πρωτασηκρῆτις,
σοφός τις ἀνὴρ καὶ μαθημάτων ἔδρις,
ἀποστολικῶν δογμάτων ἐπαινέτης,
πρὸς δ' αὖ πατρικῶν, φίλος ὀρθοδοξίας,
ἠσκημένος πράγματα καλῶς διέπειν
Ἀναστάσιος, Ἀρτέμιος παιδόθεν·
ὃς Ἰωάννην αἱρετικὸν ποιμένα
καθεῖλεν εὐθύς, Γερμανὸν δὲ τὸν μέγαν
μετατεθῆναι πρὸς θρόνον Βυζαντίδος
ἐκ Κυζίκου κέκρικε σὺν ἀρχιθύταις.
οὗτος στόλον πέπομφε κατ' ἐχθρῶν στόλον
ὅρους κακοῦντος Φοινίκης καὶ Συρίας,
ναύαρχον εἶναι προστεταχὼς τοῦ στόλου
θεοῦ μεγάλης λευίτην ἐκκλησίας,
αὐτὸν τιμήσας γενικὸν λογοθέτην,
ὃς ἐκπεπλευκὼς εὐμαρῶς ἄχρι Ῥόδου
ἐλλιμενίζει τοῖς νεωρίοις Ῥόδου.
ἐπεὶ δὲ συνήθροιστο ταγμάτων στῖφος
καὶ ταγματάρχαι πρὸς σύναρσιν τοῦ στόλου,
ὡς ἦν βασιλεῖ προστεταγμένον τόδε,
βίαν ἐπῆγε τοῖς στρατηγοῖς λευίτης,
πρὸς ἀπόπλουν σφᾶς ὀργίλως παροξύνων.
οἱ δὲ στασιάζουσι πάντες εὐθέως,
καὶ λευίτην σφάττουσιν ἀφειδῶς ξίφει,

Anastasius, qui et Artemius, an. 1, vel ut alii aiunt, an. 2.

Deinde summa rerum fuit concredita (1595) regali cum fastigio sapienti viro protasecretis, doctrinarum cato, qui apostolorum itemque patrum dogmata collaudans apprime amabat orthodoxiam, ad rerum quoque regimen recte exercitus, (1600) nunc Anastasius nomine, Artemius olim. hic pastorem haereticum Ioannem statim deposuit, Germanumque magnum ad Byzantinam censuit transferendum sedem e Cyzico cum pastorum consilio. (1605) idem et classem misit adversus hostium classem Phoeniciae Syriaeque vastantem littora. navarchum autem classi praeposuit magnae diaconum ecclesiae, quem honore generalis decoravit logothetae. (1610) is feliciter navigans Rhodum usque, illic in navalibus portum tenuit. cum autem convenisset robur militum cum tribunis, qui classem apte regerent, tum demum ut in mandatis a rege habuerat, (1615) diaconus duces coepit violenter iracundeque cogere ad navigandum; qui simul omnes statim conspirantes crudeliter diaconum gladio

Λέων ὁ Ἴσαυρος ἔτη κδ'.

Τυραννικῶς δὲ κατακρατεῖ τοῦ κράτους
ὁ θηριώδης ἐξ Ἰσαυρίας Λέων,
ἀνὴρ ἀποφράς, δυσσεβὴς κακεργάτης,
ἀνήμερος θὴρ καὶ δαφοινός τις δράκων,
ἀσπὶς ἰὸν τρέφουσα θανατηφόρον,
Τελχίν, Ἐριννύς, Κέρβερος ψυχοφθόρος,
ἢ βασιλίσκος ἐμφυσήματι μόνῳ
βροτοὺς ἀναιρῶν καὶ παραπέμπων ᾅδῃ,
λύσσης μανίας ἐμπεπλησμένος κύων,
ἐπωνύμως λέοντι πάντα δεικνύων,
προσηγορίαν, ὡς δὲ θηριωδίαν
καὶ βλέμμα καὶ κίνημα καὶ φονουργίαν·
ὃς πρῶτος ἠθέτησε τιμὴν εἰκόνων,
καὶ τοῦ τιμᾶν ἔπαυσε Χριστοῦ τὸν τύπον,
ἰνδάλματα φεῦ καλέσας τὰς εἰκόνας,
ὡς αἱρετικῶν ἀσεβῶν διδαγμάτων
θησαυροφυλάκιον αὐχῶν καρδίαν,
ἀνὴρ ἀγροῖκος, σκαπανεύς, ὀνηλάτης,
πρόσθεν βίον βάνανσον ἕλκων ἐκ νέου·
εἶτ' αὐτοκράτωρ, ὢ θεοῦ τῶν κριμάτων,
καὶ βασιλεὺς δέδεικτο τῆς Ῥωμαΐδος,
οὐ μᾶλλον ἢ τύραννος ἀνθρωποκτόνος.
τῷδ' ἐντυχόντες ἄνδρες Ἑβραίων δύο,
γόητες ἄκρως μαγικὴν ἠσκημένοι,
ἐξ Ἀράβων ἄρχοντος ἐκπεφευγότες,
ὀφθέντες ὡς φένακες αὐτῷ καὶ πλάνοι

Leo Isaurus an. 24.

Exin imperium corripuit tyrannice ferinus ille ex Isauria Leo, (1645) scelestus homo, haereticus et maleficus, belua crudelis et draco sanguinarius, aspis venenum alens exitiosum, magus, Erinnys, Cerberus, animarum pestis, vel basiliscus afflatu solo (1650) mortales perimens atque demittens Orco, rabie atque furore concretus canis, cuncta leonis nomini prae se ferens congrua, ferinum ingenium animi, intuitum, gestum, homicidiariam manum. (1655) primus hic imaginibus abrogavit honorem, vetuitque coli Christi crucem, imagines habens heu in idolorum loco. nimirum hic haeresibus scelestissimis arcam veluti praebuit pectus suum, (1660) rusticus vir, fossor, agaso, qui a puero vecturas onerum corpore suo fecerat. is deinde imperator (o dei iudicia!) et rex creatus est Romanarum rerum, immo potius tyrannus homicida. (1665) huic olim occurrentes Iudaei duo praestigiatores, magiae periti apprime, ab Arabum principe extorres facti, cui impostores planique

διατριβὰς ἔχοντι κατ᾽ Ἰσαυρίαν,
νέῳ βαναύσῳ καὶ πένητι καθάπαξ
προεῖπον αὐτῷ τὸ κράτος Ῥωμαΐδος.
τοῦ δ᾽ ἀφορῶντος πρὸς τύχην καὶ τὴν τέχνην,
προρρήσεώς τ᾽ ἔκβασιν μὴ δεδεγμένου,
οἱ δ᾽ ἰσχυρῶς ἔφασκον ἐκβῆναι τάδε,
ᾔτουν τε πίστεις, εἰ πέρας πεφασμένοις
ἔψοιτο, τυχεῖν τούσδε καταθυμίων.
καὶ δὴ προαχθεὶς ὀμνύει σφίσιν νέος
ἢ μὴν ἁμαρτεῖν οὐδαμῶς αἰτουμένων
καιροῦ διδόντος τὴν ἔκβασιν τῶν λόγων.
ἐπεὶ δ᾽ ἐπιβέβηκε τῶν σκήπτρων Λέων,
δυὰς Ἑβραίων τῷ κρατοῦντι προστρέχει,
ἀναμιμνήσκει τῶν προϋπεσχημένων,
αἰτεῖ σεβαστῶν ἀθέτησιν εἰκόνων.
καὶ πείθεται βασιλεὺς δοῦναι χάριν
ἄχαριν ὄντως καὶ λίαν ψυχοφθόρον
Ἰουδαϊκῇ δυάδι τρισαθλίᾳ,
νέμει τε ταύτην. ὦ ξένων ἀκουσμάτων,
καινῆς τραγῳδίας τε δυσηχεστάτης.
τοῦ χριστομαχεῖν ὧδε λοιπὸν ἠργμένος
πάντα ταραχῆς ἀναπιμπλᾷ καὶ ζάλης·
ἐπεισπεσὼν γὰρ ὡς λέων βρυχητίας
ἐκκλησίᾳ κλήρῳ τε πιστῶν ἀγέλῃ
ποίμνην κατεσπάραξε Χριστοῦ ποιμένος,
καὶ μάρτυρας ἔδειξεν αὐτῷ μυρίους,

1684 πείθεται δὴ β.?

visi erant, huic, inquam, in Isauria degenti adhuc, (1670) adulescenti baiulo et prorsus pauperi, Romani imperii sceptrum praedixerunt. is cum fortunam suam artemque inspiceret, vaticinationem veridicam non putabat. illi vehementer rei exitum promittebant, (1675) fidemque postulabant, si facta congruerent dictis, ut voti sui compotes ab eo fierent. ergo permotus iuvenis iuratam fidem obtulit, fore ut illi impetratis gauderent, si vaticinii exitum tempus afferret. (1680) cum ergo sceptrum reapse obtinuit Leo, ad imperatorem accurrunt Iudaei duo, admonent promissorum, petuntque ab eo ut venerandas imagines tolli curet. annuit imperator ut beneficium (1685) maleficum vere, animabus exitiosissimum, par Iudaeorum tristissimum impetraret; idque concedit. o rem auditu absurdam! o tragoediam novellam et ingratissimam! sic ergo persequendi initium faciens (1690) omnia tumultu replet ac turbatione. nam furialiter aggressus, ceu leo rugiens, ecclesiam clerum fideliumque ovile, gregem pastoris dilaceravit Christi, et martyres exhibuit

αἵματος ἄχρι καλῶς ἠγωνισμένους
ὑπὲρ σεβαστῆς εἰκόνος τοῦ δεσπότου·
μεθ' ὧν σοφῶν σύστημα διπλῆς ἐξάδος
ἀνδρῶν λογάδων καὶ διδασκάλων λόγων
σὺν σφῶν προέδρῳ, πρακτέων παραινέτῃ,
οἰκουμενικῷ τὴν τιμὴν διδασκάλῳ,
Χριστοῦ παριστᾷ μάρτυρας πυριφλέκτους,
αὐτῷ δόμῳ φύλακι παντοίων βίβλων
συγκαταφλέξας σφᾶς ἀφειδῶς ἀθέως.
καὶ Γερμανὸν δὲ ποιμενάρχην τοῦ θρόνου,
τῷ δυσσεβεῖ δόγματι μὴ πεπεισμένον,
ἐλάσας ἀντέστησε τῇ ποίμνῃ λύκον.
ταῦτ' ἄρα Ῥώμη πρεσβῦτις τῆς πρὸς νέαν

1702 en alterum Byzantinae bibliothecae incendium sub Leone Isaurico, post primum quod accidit sub Basilisco (v. 1007). quo iam minus miremur tot auctores sempiterno exitio periisse. M.

1706 his lectis, quae ob Germani patriarchae constantiam orthodoxiamque collaudandam, atque ob Leonis Isaurici imperatoris crudelissimam haeresim obiurgandam dicit noster Ephraemius, puderet, credo, si viveret, Cavaeum doctissimum anglicanum, qui (script. eccl. ed. a. 1720 p. 408) de Germano agens ita scribere ausus est "*integro quadriennio Germani pertinaciam patienter tulit clementissimus imperator* (Leo Isauricus); *cum vero nullis monitis, nullis documentis ad sanam mentem et obedientiam decretis Caesareis ac synodicis praestandam adduci posset, anno demum* 730, *habita synodo, sede patriarchali motus est.*" sed ita nimirum loqui solent homines, cum praeiudicato partium studio iactantur. ecce enim Cavaeus idem, pontificiae auctoritatis, ut tum tempora erant, odio imbutus, in praefatione quoque, p. XXI, insulsum errorem ex aliena ridicula relatione hausit. quia enim in bibliothecae Vaticanae publicis legibus illud quoque mandatum est, ut a peritis scriptoribus antiqui codices, si qui carie vel alio chartarum vitio vehementius laborant, diligenter et fidelissime exscribantur, atque ita tum vetus exemplar tum novum iuxta custodiatur, id cum suo relatore Cavaeus ad impiae fraudis suspicionem oblique convertit, quasi nos adeo corrumpendis auctoribus indulgeamus ut ei rei proprium etiam munus et conductos stipendio homines decreverimus. quo dicto nihil imprudentius, nihil gravi auctore indignius esse potest. M.

ipsi plurimos, (1695) qui strenue usque ad sanguinem certaverunt pro veneranda domini sui imagine. in his coetum duodecim sapientium ac docendis literis praepositorum, cum suo praesule et vitae moderatore, (1700) quem magistri oecumenici ornabat dignitas, Christi combustos martyres effecit, cum bibliotheca librorum instructissima diris impiisque flammis eos absumens. Germanum quoque praesulem primarium (1705) irreligioso dogmati haud assentientem expulit, et pro eo lupum obtrusit gregi. iccirco Roma senior adversus novam dissociavit com-

διαρραγεῖσα φιλίας κοινωνίας,
αὐχοῦσα Γρηγόριον ἔνθεον θύτην,
τὴν χριστομάχον ἐξελέγχοντα πλάνην,
εἰρηνικὰς τίθησι σπονδὰς πρὸς Φράγγους
ἐκ Γερμανικῶν βαρβάρων κατηγμένους,
ἐλεύθερον θέλουσα πνεῖν τὸν ἀέρα.
Τούτου κρατοῦντος στρατιὰ τις Ἀράβων
μυριάριθμος ναυτικῆς ναυαρχίας
πεζῆς τε λοιπῆς, προσβαλοῦσα τῇ πόλει,
λεηλατοῦσα κατέκειρε τὰ πέριξ·
ἣ πᾶσα κατέφθαρτο τῷ θεοῦ σθένει.

Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος ἔτη λ'.

Τεθνηκότος Λέοντος λαμβάνει κράτος
Κωνσταντῖνος παῖς, ἢ σκύμνος μᾶλλον φάναι,
ἐπώνυμον σχὼν τὴν κοπρώνυμον θέσιν,
ἀνὴρ γόης μάγος τε, κακῶν ἐργάτης,
τῶν δαιμονικῶν μυσταγωγὸς ὀργίων,
τῆς δυσσεβείας κυκεὼν ἢ πλημμύρα
καὶ παντοδαπῆς ἀμάρα δυσπιστίας,
οὐχ ἧττον ὀφθεὶς κακοδοξίας τάλας
κληροῦχος ἧπερ πατέρων αὐταρχίας,
πιστῶν ἐλατήρ, εὐσεβῶν ἀναιρέτης,
οἷς προσκυνητὸς χαρακτὴρ ἦν δεσπότου.
τούτῳ δι' ἃ πέπρακτο κακῶν καὶ πλάνην

1709 intellige Gregorium II. M. 1730 malim κακῶς. M.

munionis vincula, cum praesideret ipsi Gregorius divus, (1710) qui obiurgato nequicquam iconomacho pacifica pactus est cum Francis foedera, populo barbaris oriundo Germanicis, liberumque aërem respirare maluit.

Leone regnante Arabum exercitus (1715) innumerus, partim mari classe vectus partim pedester, Byzantio appropinquavit praedandoque totam nudavit viciniam. is tamen universus dei virtute periit.

Constantinus Copronymus an. 33.

Leone exstincto excepit potestatem (1720) Constantinus filius vel potius catulus, qui Copronymi cognomine distinctus est, vir praestigiator magus et maleficus, daemoniacorum magister mysteriorum, haereseon malus cinnus et colluvies, (1725) errorum omnium scatebra vel sentina; haud minus falsi dogmatis infaustus heres quam regiae dignitatis patri factus; fidelium exagitator, piorum carnifex, quotquot Christi domini crucem adorabant. (1730) hic ob sua maleficia atque haeresim

καὶ πρὸς πόλιν φθάνουσιν Ἀτραμυττίου,
ἔνθα Θεοδόσιον πρακτόρων ἕνα
τῶν δημοσίων εἰσφορῶν εἰληφότες,
ἄνδρα πρὸς ἀρχὴν μηδ' ὅλως πεφυκότα,
ἀγροῖκον ὄντως, ἰδιώτην παντάπαν,
ἄκοντ' ἀνηγόρευσαν εἰς βασιλέα·
ὃ γνοὺς Ἀναστάσιος ᾤχετ' αὐτίκα
καὶ Βιθυνῶν Νίκαιαν καταλαμβάνει.

Θεοδόσιος ὁ Ἀτραμυττηνὸς ἔτη β'.

ὁ δ' αὖ Θεοδόσιος φθάσας τὴν πόλιν
εἴσεισιν ἐντός, ἀναδείκνυται κράτωρ,
καὶ παραλαβὼν προκρίτους γερουσίας,
οἷς καὶ συνῆπτο Γερμανὸς ἀρχιθύτης,
εἰς Νίκαιαν ἥκουσι πρὸς βασιλέα,
ἃ συμβεβήκει δεικνύοντες ὡς ἔπος.
ὁ δ' αὖ μετημφίαστο καρεὶς τὴν κόμην,
μοναδικῷ τάγματι κατειλεγμένος·
καὶ καθαρῶς εἴληφε τὴν σκηπτουχίαν
νέος Θεοδόσιος ἔξω κινδύνων,
χρηστὸς μὲν ἀνήρ, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
ἡδὺς γεραιὸς καὶ σεμνὸν φέρων βίον,
εἰς δ' αὖ μεταχείρισιν ἀρχικὴν ὅλως
ἧ διέπειν πράγματα πλημμελὴς πάνυ·
ὃς κληρικὸς κέκαρτο λιπὼν τὸ κράτος
μετά τε βραχὺν τῆς βασιλείας χρόνον.

caedunt. deinde ad Adramyttium profecti urbem, (1620) ibi Theodosium quendam exactorem publicorum vectigalium deprehendentes, virum imperando plane ineptum, affatim rudem, merum idiotam, et quidem reluctantem, acclamant Caesarem. (1625) re comperta Anastasius discessit protinus, Bithynamque urbem Nicaeam insedit.

Theodosius Adramyttenus an. 2.

Theodosius autem Byzantium properans, intra receptus creatur imperator. tum vero assumptis electis senatoribus, (1630) quibuscum praesul quoque Germanus erat, Nicaeam simul cuncti ad regem veniunt, ut fama est, rem actam nuntiantes. is autem statim veste mutata comam radit, coetuique iungitur monastico. (1635) sic legitimam accepit potestatem novus Theodosius extraque pericli aleam, indole vir bona, subditis benivolus, suavis, venerandus, castis moribus; sed ad regendos tamen imperio populos (1640) et res administrandas plane futilis. quare se sponte exauctorans fit clericus post modicum in imperio exactum tempus.

καὶ θηριώδη καὶ φονουργὸν κακίαν
ὄντι μισητῷ πᾶσιν ἐνδίκῳ τρόπῳ,
τῷ δ' Ἀρταβάσδῳ κουροπαλάτῃ πλέον,
ἀνδρὶ στρατηγῷ σὺν τῷ βουληφόρῳ,
τῇ δ' εὐσεβείᾳ μᾶλλον ἠγλαϊσμένῳ,
καττύεταί τις ἐν θέματ' Ὀψικίου,
κατ' Ἀρράβων στράτευμα κινοῦντι τότε,
ἐνέδρα δεινὴ πρὸς στρατιᾶς ἐγκρίτων
πρωτουργὸν Ἀρτάβασδον ἐξευρηκότων·
ἣν γνοὺς ὁ κρατῶν ἐκδιδράσκει τὸν μόρον
ἵπποις ταχυπτέροις τε καὶ προθυμίᾳ.
ἡ δὲ στρατιὰ καὶ λοχαγοὶ ταγμάτων
ἀνεῖπον Ἀρτάβασδον ὡς βασιλέα,
μεθ' οὗ κατειλήφασι τὴν Κωνσταντίνου.
ἧς ἀσμένως ἔντοσθεν ἐλθών, ὡς δέον,
φημίζεται στόμασιν ἀστῶν ὡς ἄναξ,
ἀνακτορικῆς τυγχάνων εὐφημίας.
εὐθὺς δ' ἀνεστήλωσε Χριστοῦ τὸν τύπον,
καὶ προσκυνεῖν δέδωκεν αὐτὸν ὡς θέμις.
ἐφίσταται δὲ καὶ Κοπρώνυμος πόλει
τὸ πρὶν ἀπαιτῶν ἀδεῶς ἔχειν κράτος·
ἐπεὶ δ' ἀπηγόρευον ἅπαντες τόδε,
πρὸς ὅπλα χωρεῖ καὶ μάχας ἐμφυλίους,
καὶ δρᾷ τι κακὸν ἀστικοὺς καὶ τὴν πόλιν,
εἰσπλεῖν σιτηγοὺς κωλύσας νῆας ἔσω,
ἀφ' οὗ πολίταις βουλιμιᾶν συνέβη.

1734 στρατηγικῷ? 1751 ἀναπαιτῶν V

atque ob ferinum cruentumque ingenium iustum cunctorum odium in se converterat, Artavasdi potissimum curopalatae militari civilique dignitate insignis, (1735) sed pietate magis exornati. ergo versanti in provincia Opsicii Copronymo, cum Arabes bello premeret, insidiae graves a copiarum summatibus struuntur duce Artavasdo facinoris. (1740) re comperta imperator necem effugit equis velocibus et experrecto animo. tum vero exercitus ordinumque duces imperatorem creant Artavasdum; quicum ad urbem Constantini veniunt. (1745) libenterque in eam receptus Artavasdus merito civium vocibus rex salutatur, eique tanquam domino fit acclamatio. is autem erexit statim Christi crucem colendamque exhibuit prout decebat. (1750) sed et Copronymus urbi supervenit pacifice postulans recipere imperium; quod dum communi voto cuncti pernegant, is arma movet civileque bellum, statimque insigni cives damno afficit (1755) frumentarias naves accessu prohibens, ex quo fa-

ἐπεὶ δ᾽ ἐπεισέφρησε συγκλονῶν πόλιν
σὺν στρατιᾷ τε μηχαναῖς τε καὶ δόλῳ,
συνίσταται μάχη τις ἐξ ἑκατέρων
ἀντιστατοῦντος αὐτοκράτορος νέου.
ἀλλὰ κριμάτων τὴν ἄβυσσον κυρίου
τίς ἂν ἱκανῶς ἐξιχνιάσειέ πως;
νίκην ἀπηνέγκατο τύραννος μάχῃ,
ἥττητο δ᾽ Ἀρτάβασδος αἰσχρῶς ὀρθόφρων,
καὶ συσχεθεὶς ἔσβεστο λύχνους ὀμμάτων
σὺν νίέσιν αἴσχιστα διττοῖς. ὦ δίκης.
ἄλλοι τε πλεῖστοι τῶν ἐπισήμων πάλιν
κακοῦ παραπέλαυσαν ἐκ Κοπρωνύμου.
Οὗτος βδελυρὸς ἀσεβὴς συναλίσας
ἀνιέρων σύστημα μισθίων λύκων,
ὁμοφρόνων οἱ καὶ πλέον κακοφρόνων,
ὃ σύνοδον κέκληκεν, ὦ θεοῦ νόμοι,
οἰκουμενικὴν ἑβδόμην, ὡ τῆς πλάνης,
ἐπ᾽ ἀθετήσει τῶν σεβαστῶν εἰκόνων,
θεῖον Βλαχερνῶν καταλαμβάνει δόμον.
ἐπ᾽ ὀκρίβαντος δ᾽ ἀναβὰς τολμητίας
φωνῇ τορῷ τε καὶ χερὶ βδελυκτέᾳ
ὡς φατριάρχην δεικνύει Βυζαντίδος
Κωνσταντῖνον τάλανα Συλαίου λύκον.
τελῶν δ᾽ αὐτοῦ τὴν ἀθεμιτουργίαν,
εἶτα μετ᾽ αὐτοῦ ποιμένων τ᾽ ἀνιέρων,
πάντων ὁρώντων καὶ κλυόντων, ἐν φόρῳ

1763 ἀπηνέγκαται V 1780 τελέσας?

mes gravissima urbi accidit. sed postquam urbis moenia subiit quatiens exercitu machinis et artificio, utrimque pugna accenditur, dum Copronymo (1760) omni resistit ope imperator novus. sed iudiciorum domini quis abyssum scrutari satis poterit? superior commisso proelio discedit tyrannus, turpiter vincitur Artavasdus pius, (1765) captusque orbatur miserrime utroque lumine cum duobus filiis. heu supplicium! insuper et alios optimates plurimos malis suppliciis perdidit Copronymus.

Impius hic maledictusque congregans (1770) turbam de mercenariis profanis lupis, concordi vel excordi potius mente praeditis, quos appellavit synodum (o dei leges!) septimam oecumenicam (o imposturam!) ob augustas imagines abolendas (1775) ad sanctum Blachernense processit templum; ibique inscenso impudenter ambone, elata voce, impia protenta dextera, Byzantinae urbis antistitem declarat Constantinum infaustum Sylaei lupum; (1780) peractaque illic impia caeremonia, cum illo aliisque episcopis profanis, cunctis in foro audientibus videntibusque,

τὴν προσκύνησιν καὶ τιμὴν τὴν εἰκόνων
ἀπηγόρευσε δυσσεβῶς, ὦ μανίας,
καθυποβαλὼν ἀφρόνως ὁ μαινόλης
ἀραῖς ἀναθέματος ἄνδρας ὀλβίους,
σοφὸν Γερμανόν, Γεώργιον Κυπρόθεν,
τοὺς ποιμενάρχας τῆσδε τῆς Κωνσταντίνου,
πρὸς δ' αὖ Ἰωάννην τε τὸν Δαμασκόθεν.
οὗτος διωγμὸν ἀσεβῶς φρικαλέον
κατ' εὐσεβούντων προσκυνητῶν εἰκόνων
ὡς χριστομάχος ἀνακινήσας τάλας
πάντας ἐκάκου, καὶ πλέον ῥακενδύτας,
μεθ' οὗ Στέφανον Ἀνδρέαν μονοτρόπους
μάρτυρας ἀπέφηνε Χριστοῦ δεσπότου,
ἄλλους τε πλείστους σὺν μοναστὰῖς μιγάδας.
Τούτου τυραννεύοντος ἐν Παλαιστίνῃ
κἂν τῇ Συρίᾳ καὶ βασιλίδι πόλει
σεισμὸς μέγιστος καὶ κλόνος γῆς συνέβη,
δι' οὗ βροτῶν ἔφθαρτο μυρίον στῖφος.
ἄλλη φθορά τε καὶ φθισίβροτος νόσος
ἐπεισπεσοῦσα κατέτρυχε τὰς πόλεις,
ὡς μὴ δυνατὸν ἐκνομίζεσθαι τάχα
τὸ πλῆθος ἅπαν τῶν νεκριμαίων φθάνειν.
χειμών τε πάντων βαρύτατος καὶ μέγας
ἐπεισπεπαικὼς τῇ βασιλίδι πόλει
πολλὴν ἐνειργάσατο ταύτῃ τὴν λύμην,
ὡς κρυσταλλωθῆναί γε τῷ πολλῷ ψύχει

1783 τῶν? 1794 ὧν? 1797 τυραννοῦντος V

veneratione̅m honoremque imaginum abrogat hic haereticus. o vesaniam! (1785) stulte etiam subiecit furiosus homo maledictis anathematis sanctos viros sapientem Germanum, Georgium Cyprium, qui Byzantii huius pastores fuerant, ac Ioannem insuper Damascenum. (1790) idem scelestus persecutione horribili commota adversus cultores imaginum, tristissimi christomachi persona induta, cunctos vexabat, praesertim saccophoros; quos inter Stephanum et Andream monachos (1795) Christi domini martyres effecit, aliamque plurimam cum monachis catervam.

Eo regnante tyrannice Palaestinam, tum etiam Syriam et ipsam urbem regiam maximus terrae motus agitavit, (1800) isque mortalium numerum ingentem hausit. praeterea morbus pestilens exitiosus, late per orbem grassans, afflixit urbes; nec porro narranti mihi supputare exstinctorum lue hominum licet numerum. (1805) summa etiam hiems et gravissima, quotquot fuerunt, regiae urbi ingruens permultum huic detrimentum

κρύει τ' ἀμέτρῳ συμπιληθῆναι πάλιν
Θάλατταν αὐτὴν καὶ ποταμῶν ἀπλέτους,
ὡς τόνδε πορθμὸν τὸν πρὸ τῆς Κωνσταντίνου
βατὸν πέλειν ἅπασι τοῖς ἠρημένοις
ταλασιουργοῖς κτήνεσιν ἀχθηφόροις,
καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς ποσὶ κεχρημένοις.
Θαλφθέντος ἀέρος δὲ χειμῶνος λύσει,
ἐπιδιδούσης ἐξ ἔαρος ἀλέας,
τὸ κρυσταλλῶδες συνεχὲς διερράγη,
καὶ πνεῦμα σφοδρὸν τμήματα τῶν κρυστάλλων
πολυπλέθροις νήσοις τε καὶ βουνοῖς ἴσα
ἐπῆγε τείχει καὶ προσήρασσεν πόλει,
καὶ πλεῖστα κατήρειψε τειχέων τότε.
ταῦτα μὲν οὕτω συνέκυρσε τῇ πόλει
Κοπρωνυμοῦντος κατέχοντος τοῦ κράτους.

Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἐκ Χαζάρας ἔτη ε'.

Οὗπερ καταστρέψαντος ἀσεβῶς βίον
τούτου Λέων παῖς ἔσχε τὴν κραταρχίαν,
Χαζάρας ἐκφὺς τῷ πατρὶ Κωνσταντίνῳ,
ἀνὴρ πονηρός, Λιβυκόν τι θηρίον,
κληροῦχος ἀρχῆς καὶ πατρῴας μανίας·
ὃς πρῶτον ἄρξας εὐσεβεῖν ὑπεκρίθη,
τὸν θῆρα δ' ὑπέκρυψεν ἔνδον καρδίας,
ἀλωπεκῆς δ' ἔνδυμα καὶ σχῆμα φέρων
πᾶσι δοκῶν ἦν εὐσεβὴς χρηστὸς κράτωρ,
καὶ μᾶλλον οἷσπερ φιλότιμον τὴν χέρα

attulit: frigoris enim vis intolerabilis dura constrinxit glacie et constipavit (1810) cum ipsum mare tum fluvios vastissimos. quare et hic portus Cpoleos gradu cuique calcabilis evasit, lanigeris pecudibus atque onerariis iumentis, cunctisque demum pede utentibus. (1815) mox tepescente post solutam hiemem aëre flatibus veris advenientis, gelida crusta dissilire coepit: tum ventus vehemens gelida fragmenta, insulis amplis collibusque paria, (1820) impulit in muros urbique allisit; quare tum corruit maxima pars moenium. atque has rerum vices est experta urbs, dum imperium teneret Copronymus.

Leo filius Copronymi ex Chazara an. 5.

Illo claudente sine paenitentia vitam, (1825) imperii sceptrum filius excepit Leo, quem Chazara peperit patri Constantino, improbus vir, immo Libyca quaedam belua, heres paterni regni et furoris simul. hic sub primordiis se simulavit pium, (1830) ferinum ingenium mente repostum celans. vulpinam ergo vestem et speciem gerens, vulgo habebatur

παρεῖχε πᾶσι δαψιλῶς ὑπηκόοις,
αὐτῷ κρατύνων τοῦ κράτους τὰς κρηπῖδας
καὶ μνώμενος χρόνιον εὔνουν τὸ κράτος.
ὥνπερ χάριν τίνοντες αὐτῷ καὶ σχέσιν
ξύγκλυδες ἅμα καὶ στρατηγοὶ ταγμάτων
ᾔτοῦντο παῖδα τοῦδε τὸν Κωνσταντῖνον
ἀνακτορικῆς τυγχάνειν εὐφημίας.
ὁ δ' ἐμπεδοῦν ἅπαντας ὅρκοις ἠξίου
ἢ μὴν ἑαυτοῦ παρεκτὸς καὶ φιλτάτου
καὶ τοῦδε σειρᾶς καὶ γένους κατηγμένων
μηδ' ἂν ἑλέσθαι κράτορ' ἄλλον σφᾶς ὅλως.
καὶ πᾶς τις εἶξε τοῖς παρανόμοις λόγοις·
ὅθεν τόμος γέγραπτο μεστὸς ὁρκίων.
τῆς εὐσεβείας οὗτος ἐκδὺς τὸ δρᾶμα
θῆρα τὸν ἐντὸς ἀπογυμνοῖ τοῖς ὅλοις·
καί τινας εὑρὼν προσκυνητὰς εἰκόνων
ἄνδρας τιμίους, εὐγενεῖς ψυχὴν δέμας,
αἰκίζεται κάκιστα καὶ καθειργνύει.

Εἰρήνη σὺν τῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ. καὶ Κωνσταντῖνος μόνος. καὶ Εἰρήνη πάλιν μόνη. ἔτη κα'.

Τούτου καταστρέψαντος ἐν τάχει βίον
Εἰρήνη κρατεῖ σὺν γόνῳ Κωνσταντίνῳ,
ἀνδρεία γυνή, φύσιν εὐλογημένη,
εἰρηνικὴν διδοῦσα τοῖς πᾶσι δόσιν,
δῶρον θεοῦ σθένος τε τῆς κραταρχίας,

bonus piusque princeps, praesertim quia munifica cunctis manu subditis large dona conferebat, (1835) sibi confirmans regni fundamentum diuturnamque a benivolentia potentiam. quare ut gratiae amorisque indicium facerent populus simul et duces exercituum, rogarunt ut huius filius Constantinus (1840) imperatorium consequeretur nomen. is autem precatus est ut iurati omnes lege sancirent ne praeter se quemquam, praeterque filium suum et huius posteros, ad imperatoriam veherent dignitatem; (1845) nemoque repugnavit sermoni improbo. lex ergo conditur plena iuratis formulis. tum Leo pietatis fictam abiiciens speciem ferinum animum revelavit omnibus; nactusque aliquot cultores imaginum (1850) viros illustres, corpore animoque nobiles, excruciatos pessime inclusit carcere.

Irene cum Constantino filio. deinde solus Constantinus. iterum Irene sola. summa annorum 21.

Leone paulo post amittente vitam regnat Irene cum Constantino filio, virili animo mulier et benedicta, (1855) largiens universo populo pacis munus, ipsa dei donum et publicae rei robur, Iaël altera et De-

Ἰαὴλ Δεβώρα τε, σώτειρα κράτους,
ὡς ἀρρενόφρων καθελοῦσα παντάπαν
τὴν χριστομάχον εἰκονομάχων πλάνην
ἐν συνοδικῇ πατέρων θείων κρίσει.
καὶ πρὶν μὲν αὖτη σὺν Κωνσταντίνῳ γόνῳ
ταῖς εἰκόσιν ἣν ἀποδιδοῦσα σέβας
καὶ τὴν σχετικὴν προσκύνησιν, ὡς δέον·
ὡς δ' ἐγκρατὴς γένοιτο τῆς μοναρχίας,
ἐκκλησίας ἥνωσεν ἀλλήλαις ὅλας,
περιελοῦσα σκανδάλων τὰς αἰτίας.
Ταράσιον γὰρ τῶν περιδόξων ἕνα,
τῶν δογμάτων πρόμαχον ὀρθοδοξίας,
πρωτασηκρῆτις, συγκλητικὸν ἀξίαν,
ἐν ἐκλογῇ τε πατέρων θεοκρίτων
καὶ κανονικῇ συνοδικῇ τε κρίσει
εἰς πατριαρχῶν ἀναβιβάζει θρόνον·
κἂν τῇ Νικαίᾳ πατέρων θεηγόρων
συνηλικιῶτα σύνοδον πανταχόθεν
τοὺς ἀθετοῦντας προσκύνησιν εἰκόνων
ἀναθέματι παρέπεμψεν ἐνδίκως,
ἐκκλησίᾳ δ' ἔνειμε νόμον τὸν πάλαι,
ἀγλαΐαν κάλλος τε, σεπτὰς εἰκόνας.
Ταύτης κρατούσης ἐν μακρῷ τείχει Θρᾴκης
ἀνὴρ ὀρύττων κατὰ τύχην σκαπάνος
ἐντυγχάνει λάρνακί τινι λιθίνῃ
νεκρὸν φερούσῃ, γράμματ' ἐγγεγλυμμένῃ

1880 σκαπανεὺς? cf. v. 1660. 1882 ἐγγλυμμένα V

bora et imperii salus; quae delevit fortiter ubique iconomachorum haereticum errorem (1860) per synodicum sanctorum patrum iudicium. ipsa iampridem cum Constantino filio imaginibus cultum adhibebat, easque debito honore prosequebatur. deinde vero consecuta imperium (1865) cunctas ecclesias inter se sociavit, scandali causa procul ablegata. Tarasium enim, perillustrem hominem, orthodoxorum dogmatum defensorem, protasecretis et gradu senatorem, (1870) venerandorum patrum suffragiis canonicoque synodi iudicio patriarchalem evehit ad sedem. tum Nicaeae patrum theologorum universale congregans concilium (1875) eos qui imaginibus cultum negabant perculit iusto fulmine anathematis, ecclesiae vetus institutum reddidit, lucem, splendorem, sanctasque imagines.

Hac imperante, in longo Thraciae muro (1880) nescio quis fossor, dum terram forte subruit, quandam offendit arcam lapideam, corpore incluso, literisque insculptis, quae aiebant Christum de Maria

λέγοντα Χριστὸν Μαρίας ἐκ παρθένου
μέλλειν τεχθῆναι, καὶ θεὸν τοῦτον σέβειν,
ἐπὶ δ' ἀνάκτων Εἰρήνης Κωνσταντίνου
πάλιν ἰδεῖν ἥλιον αὐτὸν ἀκτῖσιν.
Καὶ πυρκαϊᾶς συμβάσης ὀλεθρίας
ἀνακτόρων κέκαυτο τῆς ἐκκλησίας
Θωμαΐτης κάλλιστος ἔκλαμπρος δόμος,
ὃς ἔνδον εἶχεν ἐντεθησαυρισμένα
ὡς Μωσαϊκὰς καὶ θεογράφους πλάκας
τὰ χρυσογλώττῳ πατέρι γεγραμμένα
σεπτὰ σχεδιάσματα γραφῆς ἐνθέου,
ἔκφανσιν ἀνάπτυξιν αὐχοῦντα ξένην,
ἅτινα συμπέφλεκτο. φεῦ τῆς ζημίας.
Καὶ δρᾶμα συνέστηκεν ἐκ σκευωρίας
τῆς τε στρατιᾶς καὶ λοχαγῶν ταγμάτων
ἐν βασιλίδι συναλισθέντων πόλει
κατὰ κρατούντων Εἰρήνης Κωνσταντίνου,
οἷσπερ συνηρίθμητο καὶ Μωσηλέ τις,
ἀνὴρ στρατηγὸς δεξιὸς πρὸς μάχας,
ἄνακτ' ἀνειπεῖν Καίσαρα Νικηφόρον,
τοῦ Κωνσταντίνου πατρόθεν θεῖον μέγαν·
ὃ φωραθὲν πέπαυκε τὴν τυραννίδα,
τῶν δραματουργῶν καὶ συνιστόρων ἅμα
δίκην τισάντων σκέμματος τὴν ἀξίαν·
ὁ Μωσηλὲ δὲ καὶ Νικηφόρος Καῖσαρ
τὴν ὀμμάτων πήρωσιν ἔσχον εἰς δίκην.

1892 συγγεγραμμένα V 1901 πρὸς τὰς μάχας?

virgine naturum, seque hunc ut deum venerari, (1885) sub Constantino autem atque Irene rursus se radios solis visurum.

Exin damnificis flammis excitatis ecclesiae in patriarchio deflagravit pulcherrimum aedificium splendidumque (1890) nomine Thomaites, in quo repositae Mosaicarum instar tabularum patris Chrysostomi scripturae erant, eximiae scilicet commentationes, quae sacra biblia mire declarabant. (1895) has absumpsit ignis. proh perniciem!

Tum etiam motus seditiosus exstitit a militibus ordinumque ducibus in urbe regia conspirantibus adversus Irenem et Constantinum. (1900) horum in numero Moselus quidam erat, dux militaris, belli peritus; hique acclamabant Caesarem Nicephorum, qui Constantini magnus erat patruus. re deprehensa tyrannis oppressa est, (1905) criminis auctoribus et consciis simul debitas moliminis poenas luentibus. Moselus autem et Caesar Nicephorus lucem oculorum merito amiserunt.

Ὁ Κωνσταντῖνος σὺν προϊόντι χρόνῳ
θαρρῶν ἑαυτῷ πραγμάτων τὴν φροντίδα,
κοινωνίας ἔπαυσε μητέρα κράτους,
καὶ δείκνυται μόναρχος, οὐ καλῶς δράσας,
ὃ συμφορᾶς ἤνεγκε τῷ βίῳ βάρος
καὶ δρᾶμα πικρὸν ἀκοαῖς εὐγνωμόνων,
πᾶσαν τραγικὴν ἐκνικῶν τραγῳδίαν,
αὐτῷ δὲ τῷ δράσαντι φωτὸς ζημίαν.
αὕτη γὰρ οὐ φέρουσα πράως τὴν λύπην
φιλαρχίας ἔρωτι καὶ κράτους σχέσει,
παιδὶ σκύφον κίρνησι μιστὸν πικρίας
καὶ κυκεῶνα θανάτου πεπλησμένον,
συνίστορας ἔχουσα καὶ ῥέκτας δόλου
οὓς δωρεαῖς ἔπεισεν ἁβραῖς καὶ λόγοις,
τοὺς ταγματάρχας στρατιᾶς τούς τ' ἐν τέλει,
δι' ὧν συνέσχε καθελὼν τόνδε κράτους
καὶ φωτὸς ἠμαύρωσεν αὐτοῦ τὰς κόρας.
φεῦ οἷα ποιεῖς καὶ τυρεύεις, ὦ φθόνε,
Τελχῖνα συνέριθον αὐχῶν κακίας,
ἢ δαιμόνων κάκιστον ἀνθρωποκτόνον.
τόθ' ἥλιος φῶς, μὴ φέρων βλέπειν μύσος,
ἀμυδρὸν ἐξέλαμπε καὶ βεβυσμένον,
τὰς ἡμέρας δρῶν νυξὶ παρεικασμένας,
καὶ τοῦτο πολλῶν ἡμερῶν παρατάσει.
Οὕτω μὲν αὖθις Εἰρήνη κραταρχίαν
καὶ πραγμάτων πρόνοιαν ἔσχεν ἀφόβως·

1909 συμπροϊόντι V 1913 συμφορᾶ V

Sed Constantinus procedente tempore (1910) curam rei publicae uni sibi vindicans, communione imperii matrem submovet, fitque contra fas monarcha. quae res malorum mundo cohortem peperit ingratumque facinus piis auribus, (1915) quod quamvis tragicam vicit tragoediam, reumque ipsum oculis cassum dedit. Irene enim doloris impatientia et recipiendi imperii amore percita calicem filio parat sane amarum, (1920) mulsumque miscet morte temperatum, conscios habens doli ac ministros, quos muneribus ceperat et promissis, duces exercituum et senatores; quibus adiuta filium imperio deiicit (1925) eique exstinguit lumina oculorum. heu, quid non cogis homines, ambitio, maleficiorum socium praebens fascinum! te nihil habent daemones exitiosius. tunc sol tantum non sustinens videre crimen (1930) nonnisi hebetem lucem obscuramque emisit, diesque exhibuit noctibus persimiles; atque ita manserunt tenebrae ad plures dies.

Sic ergo imperium rursus ad Irenem rerumque arbitrium, metu remoto,

τοῦ δ' Ἀδριανοῦ πάπα θανόντος Ῥώμης
αἰδοῖος ἀνὴρ καὶ σεβάσμιος Λέων
προεδρίαν εἴληφε ταύτης ἐννόμως.
ὃν στασιασταὶ συλλαβόντες ἐκ φθόνου
ὄμματ' ἐλωβήσαντο τοῦδ' οὐκ εἰς βάθος,
σφήλαντος αὐτοῖς τοῦ θεοῦ τὰς ἐλπίδας·
ὅθεν Καρούλῳ προσρυεὶς ῥηγὶ Φράγγων,
τούτου συνάρσει λαμβάνει πάλιν θρόνον
καὶ τοὺς ὑβριστὰς ἀνταμύνεται δίκῃ.
ὃν καὶ διαδεῖ βασιλικῇ ταινίᾳ,
ἀναγορεύσας αὐτοκράτορα Ῥώμης·
ἀφ' οὗ κατέσχον βάρβαροι Φράγγοι Ῥάμην,
ἐκ Γερμανῶν ἕλκοντες ἄνωθεν γένος,
ὡς ἀνόπιν εἴρητο συγγράφοντί μοι.
Ἰταλίας μὲν τοῖς ὅροις εἰσεφθάρη
πρῶτον γένος σφῶν, ἐκλιπὸν τὴν πατρίδα,
καὶ τὴν Ἰταλῶν τοῖς ὅπλοις κατατρέχον
Ῥώμην μεγαλώνυμον ἠνία πλέον.
τοῦ δ' Ἰσαύρου Λέοντος ἄρχοντος κράτους
καὶ δυσσεβοῦντος, ὡς ἔφη φθάσας λόγος,
Ῥώμης παλαιᾶς ὁ πρόεδρος καὶ θύτης
ἀποστατήσας Γρηγόριος ἐνθέως
ζυγοῦ τε κράτους ἱερᾶς κοινωνίας
ἔξωθεν ὄντι σπένδεται Φράγγων γένει,
καὶ τὴν πρὸς αὐτοὺς συγκαταλύει μάχην.
ἐπὶ δ' ἀνάκτων Εἰρήνης Κωνσταντίνου
Ῥώμης Λέων ἔντοσθεν αὐτοὺς εἰσάγει

rediit. (1935) iam Hadriano papa Romae mortuo, vir venerabilis honorandusque Leo pontificalem rite occupavit sedem; cui seditiosi invidique homines oculum haud letaliter vulnerarunt, (1940) spe sua, volente sic deo, frustrati. is vero ad regem Francorum Carolum confugit, huiusque ope recepit sedem, maleficisque meritam inflixit poenam. quare is Carolum stemmate regali ornavit, (1945) eumque Romae imperatorem fecit. hinc tenuerunt Romam Franci barbari, qui Germanorum genere oriundi erant, quod me superius memini iam scribere. gens haec olim sua relicta patria (1950) fines Italiae primitus ingressa est, eamque armis sus deque concursans inclytae praesertim Romae molesta erat. sed enim imperante Leone Isaurico haeresimque fovente, ut iam diximus, (1955) Romae veteris primas et sacerdos Gregorius ab se reppulit divinitus iugum imperii et sacram communionem, et cum externo genere Francorum, omisso bello, pacem foedusque iniit. (1960) denique sub Irene Constantinoque regibus intra Romana moenia Francos Leo,

καὶ ταινιοῖ Κάρουλον, ὡς ἔφην ἄνω,
κἀντεῦθεν ἦρξαν τῆς ὅλης Ἰταλίας.
Κάρουλος οὗτος ἀξιωθεὶς τοῦ στέφους
ἔστειλε πρέσβεις πρὸς κρατοῦσαν Εἰρήνην,
γάμους ἑαυτῷ μνώμενος βασιλίδος,
καὶ τῇδε τυχὸν στερκτέους πεφηνότας.
καὶ τάχ' ἂν ἦκε πρὸς πέρας τὰ τῶν γάμων,
εἰ μὴ μέγα τις ἐν βασιλείοις σπάδων,
ᾧ κλῆσις Ἀέτιος, ἰσχύων τότε,
κῆδος τὸ πρὸς Κάρουλον ἴσχυσε σβέσαι,
πάντα κινήσας λίθον, ὡς παροιμία,
τῷ παρενεῖραι τῇ κραταρχίᾳ θέλειν
Λέοντα κασίγνητον ἄνευθεν φόβου.

Νικηφόρος ὁ γενικὸς ἔτη θ', ἕτεροι δὲ η'.

Ὅθεν βασιλὶς τοῖς ὅλοις μισουμένη
ἔκπτωσιν ὑπέμεινε τῆς μοναρχίας,
ἄλλου παρεισφρήσαντος αὐτῇ σὺν δόλῳ,
τοῦ λογοθέτου γενικοῦ Νικηφόρου,
ἀνδρὸς μιαροῦ, κακοήθους τοὺς τρόπους,
ἐρασιχρημάτου τε καὶ φιλαργύρου,
πάσης ταμείου κακίας ἀπληστίας,
ἔφορκον ἀβέβαιον αὐχοῦντος τρόπον.
οὗτος τεμὼν ὅρκια τῇ βασιλίδι
δῆλον τιθείσῃ χρημάτων ἀποκρύφων

post v. 1974 codex mendose habet in titulo rubricato ὁ τοῦ Γενικοῦ. sed emendatur a textu mendum marginis. M.

Carolo coronato, ut dixi, excepit; qui sic totius Italiae evaserunt domini. Carolus post receptam coronam regiam (1965) legatos misit ad Irenem principem, ut sibi conciliaret eiusdem nuptias; quae res ipsi reginae valde placuit. et nuptiae quidem fortasse peragendae erant, nisi in aula regali spado quidam, (1970) nomine Aëtius, tunc praecipue praepotens, affinitatem Caroli impedivisset omnem, ut est in proverbio, movens lapidem; nempe ut tutius Leonem fratrem suum, quod ipsi erat in votis, imperio obtruderet.

Nicephorus generalis an. 9, vel ut alii aiunt, an. 8.

(1975) Ergo regina Irene invisa omnibus amissionem imperii perpessa est, alio per fraudem occupante sceptrum, generali nempe logotheta Nicephoro, viro nefando, praedito malis moribus, (1980) pecuniae cupido atque opum amasio, omni malitia pleno, avarissimo, instabili periuroque et mente et lingua. hic obligata imperatrici fide opes re-

θησαυρὸν ἀβρόν, τῇδέ που κεκρυμμένων,
ἄχαρι μηδὲν μηδαμῶς πεπονθέναι,
ἐπείπερ ὑπέδειξεν αὐτῷ μυρία,
εἰς νῆσον ἐξόριστον ἐκπέμπει βίᾳ
ἐπωνυμίαν Πριγκίπου κεκτημένην.
εἶτα μετατίθησιν εἰς νῆσον Λέσβον,
ὅρκων ἑαυτοῦ μηδένα τιθεὶς λόγον·
ἔνθα περαίνει τὸν δρόμον τούτου βίου.
πανσπερμία δ' ὢν παντοδαπῆς κακίας,
ἀπληστίας μάλιστα τῆς ὀλεθρίας,
κακῶν ὑπῆρξεν εὑρητὴς τελεσμάτων,
καπνικαλληλέγγυον εἴσπραξιν νόθον
ἐπινοήσας, συντριβὴν ὑπηκόοις.
Καὶ τοῦτο δεῖγμα τῆς ἑαυτοῦ κακίας,
ὡς ἐκπλέου γένοιτο γεῦμα τοῦ πίθου.
ἀνὴρ παλιγκάπηλος, ἀφνειὸς πάνυ,
πρὸς τοῦδε κληθεὶς ἐκβιάζεται λέγειν
ἀριθμὸν αὐτῷ τοῦ προσόντος χρυσίου·
καὶ φάμενον τὸν οὐκ ἀληθεύειν φάναι.
"τοίνυν ἐπιθεὶς σὴν κεφαλῇ μου χέρα
ὄμνυε" φησὶ "κατὰ ταύτης εἰς τόσα."
ὁ δ' ἕδρα βληθεὶς δειλίᾳ τὴν καρδίαν,
εἰπὼν δεκάκις χρυσίου λίτρας δέκα,
ὡς καὶ κομισθῆναί γε προστάττει τάχος·
ὥνπερ δέκα δοὺς εἶχε λοιπὰς ὁ κράτωρ,
"οὐ δεῖ τοσούτου" φάμενος "σοὶ χρυσίου."

conditas sibi revelanti, (1985) thesaurum grandem quem seposuerat, nihil molestum fore experturam, postquam illa ostendit auri acervum, protinus exsulem pepulit in insulam quam vulgo nomine indigitant Principis. (1990) inde ad aliam insulam Lesbum transtulit, nulla sacramenti ratione habita, ubi illa vitae suae cursum clausit. ipse concretus homo malitia omnigena, sed avaritia in primis pestifera, (1995) novorum tributorum inventor exstitit, velut illegitimae capnicae pensionis, excogitatae subditis molestissime.

Age iam proferam improbitatis specimen, ut gutta totius dolii gustus sit. (2000) vir dardanarius et apprime dives a rege accersitus effari cogitur quantam auri vim gestaret in loculis. is dicit; rex verum dixisse negat. "porro tuam" inquit "capiti meo manum (2005) imponens, iura per hoc quantum habeas." is paruit, animum quatiente metu, dixitque centum auri se habere libras: quas ilico ad se afferri rex mandavit; datisque decem, reliquas rex retinuit, (2010) "haud opus est tanto tibi" dicens "auro."

Οὗτος κατ' ἐχθρῶν ἐκστρατεύσας Βουλγάρων
λεηλατούντων δυτικ' ἄττα χωρία,
μάχην συνῆψε καρτερὰν ἀντιπάλοις,
καὶ πρῶτον εὐτύχησε κατὰ βαρβάρων,
εἶτα νικᾶται κτείνεται πρὸς τῇ μάχῃ.
προσκτείνεται δὲ μυριάριθμον στῖφος
ἀνδρῶν στρατηγῶν, εὐγενῶν, τῶν ἐν τέλει·
τῆς δὲ στρατιᾶς οὐδ' ἀριθμήσαιτό τις.

Σταυράκιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτος α', οἱ δὲ μῆνα.

Τούτου πεσόντος Βουλγάρων ἀρχηγέτης
τεμὼν κεφαλὴν καὶ λαβὼν τῆσδ' ὀστέον,
καὶ τοῦτο καλῶς σκευάσας χρυσαργύρῳ,
ἐχρῆτο λοιπὸν ὡς κύλικι, φεῦ μύσους,
ἐν φιλοτησίαις τε καὶ συσσιτίοις,
ἐπεγγελῶν ἄναξι Ῥωμαίων τάχα
κἀπὶ κατορθώμασι κομπάζων μέγα.
καὶ Σταυράκιος δ' ἐν μάχῃ τετρωμένος,
παῖς τις δυσειδὴς ἀφελὴς Νικηφόρου,
ἀβέλτερός τε καὶ φρονήσεως ἄτερ,
βραχύ τι βιοὺς ἀπολείπει τὸν βίον,
φαντασίαν σχών, οὐκ ἀλήθειαν κράτους.

post v. 2018 in titulo rubricato scribitur per compendium μῆ, nihilque additur, ita ut videatur intelligendus mensis unus. attamen Zonaras regnanti Stauracio duos attribuit menses cum sex diebus. M.

Hic suscepta in Bulgaros expeditione, qui regiones hesperias incursabant, gravem cum hostibus pugnam commisit; et primum quidem barbaris superior fuit, (2015) mox victus vitam amisit in proelio. periit simul caterva plurima ducum, nobilium et senatorum. nam gregariorum numerum nemo iniverit.

Stauracius Nicephori filius an. 1, *vel ut alii aiunt mense* 1.

Caeso Nicephoro rex Bulgarorum (2020) caput abscidit, eiusque compagem osseam argento auroque affabre exornatam dein habuit pro scypho (heu piaculum!) in laetis coetibus atque conviviis, irridens scilicet Romanorum reges (2025) et suae victoriae plaudens magnopere. tum et Stauracius in proelio sauciatus, Nicephori invenustus et simplex filius, quin immo insipiens et intellectu carens, brevi superstes, mox vitam amisit, (2030) regni specie, non regno potitus.

Μιχαὴλ ὁ Ῥαγκαβαῖος ἔτη β'.

Τούτου θανόντος ἀναδείκνυται κράτωρ
λαμπρὸς Μιχαὴλ τοὐπίκλην Ῥαγκαβαῖος,
ἀνὴρ τιμήεις, χαριεστάτη φύσις,
χρηστὸς τρόπους πρᾶός τε, καλῶν ἑστία,
φιλευσεβής τις, ἀγαθῶν μυρμηκιά,
ὑπέρμαχος κράτιστος ὀρθῶν δογμάτων.
οὗτος λογάδας ἀρετῆς λόγου φίλους
εὑρών, μοναχῶν τῆς μονῆς τοῦ Στουδίου,
Ἡλάτωνα Θεόδωρον ἅμ' ὁμογνίῳ
Θεσσαλονίκης Ἰωσήφ, καθειργμένους
ὡς ποιμενάρχῃ τῷ σοφῷ Νικηφόρῳ
μὴ συμμετασχεῖν ἀξιοῦντας μηδ' ὅλως
κοινωνίας θείας τε καὶ μυστηρίων
ἅτ' ἐκ λαϊκῶν εἰς πανύψηλον θρόνον
τῶν πατριαρχῶν ἀθρόως ἀνηγμένῳ,
καὶ τοῖσδε λοιπὸν ἐμμένειν ῥηθεῖσιν,
σπεύσας συνάπτει ποιμένι καὶ ποιμνίῳ.
ἀνδρῶν δὲ πολλῶν καινίσαι τὴν μανίαν
τὴν κατὰ σεπτῶν εἰκόνων πειρωμένων,
συσχών τινας σφῶν σωφρονίσας τ' αἰκίαις
ἔπεισε πάντας εὐσεβεῖν Χριστοῦ τύπον.
καί τινα δ' εὑρὼν τῶν μοναχῶν αὖ πάλιν
τῆς μητρανάνδρου παρθένου τὴν εἰκόνα
κακῶς ἀποξέσαντα, φεῦ τῆς μανίας,
γλώσσης ἀπεστέρησεν εὐθὺς ἐνδίκως.

2035 μυρμηκία codex, non μυρμηκιά. M. 2044 πανύξηλον V

Michael Rhancabaeus an. 2.

Stauracio exstincto successit imperator illustris Michael dictus Rhancabaeus, vir honorabilis, indoles gratissima, probis moribus, mitis, honestatis ara (2035) et religiosus bonae rei thesaurus, rectorum dogmatum defensor optimus. hic cum videret virtute ac literis insignes homines de Studii coenobio, Platonem, Theodorum cum fratre suo (2040) Thessalonicensi Iosepho, clausos carcere, quia patriarchae sapienti Nicephoro communicare prorsus recusabant sacra in synaxi atque mysteriis, quoniam laicus homo ad eximiam sedem (2045) patriarcharum subito pervenerat, atque in hoc proposito firmiter haerebant, curavit statim ut gregem pastori adiungeret. cum vero multi renovare insaniam adversus sacras molirentur imagines, (2050) ipse aliquot captis poenaque coërcitis, cunctos ad colendam adegit crucem. monacho rursus quodam deprehenso, qui deiparae virginis imaginem male dedolaverat, proh vesaniam! (2055) hunc statim lingua merito privavit.

Καὶ Μιχαὴλ δὲ στρατιὰν συναλίσας
κατὰ Μυσῶν ἔξεισι δηούντων Θρᾴκην,
καὶ συγκροτήσας τὴν μάχην φρικαλέαν
ἧτταν ἀπηνέγκατο, Βούλγαροι νίκην,
Λέοντος ἥττης αἰτίου πεφηνότος,
ἐξ Ἀρμενίας, στρατιᾶς στρατηγέτου,
ἔρωτ' ἐρῶντος δριμύτατον τοῦ κράτους.
συρρήξεως οὖν συμπεσούσης καὶ μάχης
αὐθαίρετος ῥίψασπις ὤφθη σὺν δόλῳ,
αὐτός τε φεύγων καὶ στρατιὰν προτρέπων
αὐτὸν μιμεῖσθαι προτροπάδην τε τρέχειν.
οὕτω περιέβαλεν αἰσχύνην κράτει·
ἔπειτ' ἀποστὰς ἀναζώννυται κράτος.
καὶ γνοὺς Μιχαὴλ ὁ φιλοχρίστου τρόπου
ἑκὼν ὑπεξίστατο τῆς κραταρχίας,
πέμψας τυράννῳ τὰ παράσημα κράτους,
αὐτὸς δ' ὑπεκστὰς γίγνεται μελαμφόρος.

Λέων ὁ Ἀρμένιος ἔτη ξ'.

Οὕτω μὲν οὗτος σκῆπτρα λαβὼν κατέχει
σκαιὸς Λέων, θὴρ ἄλλος ἐξ Ἀρμενίας,
Ἱεροβοὰμ ἄλλος ὑπάρξας νέος,
κάκιστος ὄντως οἰκέτης καὶ δραπέτης
ἐκ Σολομῶνος δεσπότου βασιλέως
ἀποστατήσας καὶ δόλον προσαρτίσας,
μᾶλλον δ' ἀποστὰς καὶ νοσήσας ἐσχάτως
κακὴν ἐπανάστασιν ἅμ' ἀποστάσει,

Deinde Michael conscripto exercitu Moesos aggreditur Thraciam vastantes; cumque se horridae pugnae implicuisset, vincitur ipse, Bulgari triumphant. (2060) iam causa cladis fuit sine dubio Leo Armenia oriundus, dux copiarum et obtinendi sceptri summe cupidus; qui calente proelii discrimine sponte per dolum parmulam abiecit, (2065) fugiens ipse copiasque adhortans ad suam praecipitem imitandam fugam. sic conciliavit imperio infamiam. postea rebellans purpuram sumpsit. at Christi mores imitatus Michael, (2070) re cognita, imperio ultro se abdicavit, missis tyranno dignitatis insignibus; ipseque secedens fit atratus monachus.

Leo Armenius an. 7.

Sic iste quidem sceptrum occupavit, scaevus leo, nova belua ex Armenia, (2075) alter Hieroboam, vere novellus, pessimus famulus et fugitivus, a Salomone domino suo rege deficiens structis insuper insidiis, immo rebellans, paransque animo (2080) scelestum bellum, nedum

ὕφαλος ἀνήρ, ὀργιλώτατος, φέναξ,
μῆνιν ἐναύων εἰς φρυκτώρησιν πάθους
καὶ καταπυρπόλησιν οἷς ἔδρα χόλον,
ὄψις στυγνός τις, συννεφὴς τὰς ὀφρύας,
ἄπιστος ἦθος, ποικίλος χαμαιλέων,
κακόν τι τερμέριον εὐσεβῶν στίφει,
βαρὺς κολαστὴς μικρὰ προσκεκρουκόσι,
τοῖς προσκυνηταῖς εἰκόνος Χριστοῦ πλέον.
πλὴν πρὸς μάχας ἦν γεννάδας, τολμητίας,
θυμουργός, ὀξύς, ἀρεϊκὸς καθάπαξ,
κοινῶν τε διοίκησιν εὖ ἠσκημένος·
καὶ γὰρ στρατεύσας κατὰ Μυσῶν βαρβάρων
κατατρεχόντων γῆς ὅρους Ῥωμαΐδος
περιφανὲς τρόπαιον ἱστᾷ καὶ νίκην,
λείαν Μυσῶν θεὶς τὰ κατὰ σφᾶς, ὡς λόγος.
πρὸς δ' αὖ δικαίου καὶ νόμων ἦν τις φύλαξ,
πράγματα δημόσια καλῶς διέπων·
οὐ χρημάτων γὰρ ὠνίους ἐθναρχίας
ἢ ταγμάτων γε προυτίθει στρατηγίας,
ἢ κοινὰς ἀρχὰς πραγμάτων τε φροντίδας
ἀνδράσιν ὑπῆν μὴ πεφυκόσι νέμων,
πάσας δὲ τιθεὶς σὺν λόγῳ τε καὶ κρίσει
ἀρχαιρεσίας καὶ διοικήσεις ὅλων.
τοὺς δ' ἁρπαγαῖς χαίροντας εἴργεν ἐννόμως·
καὶ γάρ ποτ' ἀνδρὸς γαμετὴν πενεστάτου
τῶν τινὸς ἁρπάσαντος εὐγενεστάτων,
ἐπεὶ τιμωρὸς ὤπτο μηδ' ὅλως κλύων

apostasiam; subdolus homo, iracundus, fallax, confovens iram ad obsidendum facinus, ad consumendum quos odio haberet, trux vultu, adducto tristis supercilio, (2085) infidis moribus, varius chamaeleon, noxium piorum coetui portentum, gravis culparum levium punitor, maxime si quis Christi typum coleret; in pugnis tamen animosus, audax, (2090) promptus, actuosus, mavortius affatim, rei quoque publicae regendae prudens. hic armis sumptis contra Moesos barbaros, qui Romanas terras incursabant, tropaeum insigne post victoriam struxit, (2095) spoliis opimis, ut aiunt, relatis. iusti praeterea legumque custos publicam rem praeclare dirigebat; neque venales pretio praefecturas vel militares obtulit ducatus, (2100) neque civiles item magistratus viris commisit muneri ineptis, sed cum ratione rectoque iudicio officia attribuit et procurationes. raptores autem legibus coërcuit: (2105) nam et uxorem viri pauperrimi cum summas quidam sibi vindicasset, quoniam praefectus haud admissis precibus tam scelestum facinus non vindica-

ὕπαρχος οὕτω πράγματος παρανόμου,
αὐτὸς δι' αὐτοῦ τὸν βιαστὴν εὐθύνει,
τὸν δ' ὕπαρχον πέπαυκε τῆς λειτουργίας.
ἀλλ' ἀποδεκτέα μὲν ὑπάρχει τάδε·
ἡ δ' αὖ σεβαστῶν μανία κατ' εἰκόνων
ἅπαν ὑπερβέβηκεν εἶδος κακίας.
ἕστεργε καὶ γὰρ ᾗ συνεσχέθη πλάνῃ,
εἰς ἣνπερ ἐμπέπτωκεν ἠπατημένος
πρὸς ἀμονάχων δυστρόπων λαοπλάνων,
οἷς μυσταγωγοῖς χρώμενος παραινέταις
ὡς δῆθεν ἀπόρρητα φράσειν εἰδόσιν
καρποῦ τε τοῦ πνεύματος ἠξιωμένοις,
καὶ τῶνδ' ἀλιτήριος εἵξας τοῖς λόγοις,
ἀνανεοῖ κάκιστα τὴν ἐσβεσμένην
ἐκ συνοδικῆς ἀποφάσεως πλάνην,
καὶ πνεῖ σφοδρόν τι καὶ λεύντειον τάλας
κατ' ὀρθοδόξων εὐσεβῶν Χριστοῦ φίλων.
καὶ ποιμενάρχην τὸν σοφὸν Νικηφόρον,
τὸ δόγμι' ἀνατρέποντα τὸ βδελυκτέον,
τίθησιν ἐξόριστον ἐκβαλὼν θρόνου
εἰς Προικόνησον νῆσον Ἑλλησποντίων.
εἰς ἣν διαπόντιος ἦν ἐσταλμένος,
καὶ κατὰ τὸν πλοῦν, ὦ τεραστίου λόγου,
τῷ πνεύματι γνοὺς τὴν κέλευθον ἁγίου
Θεοφάνης πόρρωθεν, ἔνθεος λύχνος,
μονῆς προεστὼς τῆς κατ' Ἀγρὸν κειμένης,
θυμιάμασιν ἡμμέναις τε λαμπάσιν

verat, ipse imperator puniit raptorem, (2110) praefectum autem officio spoliavit. atque in his quidem laude dignus Leo. sed enim odio sanctarum imaginum omnem excessit malitiae limitem. quippe hunc errorem valde amplectebatur, (2115) in quem inciderat fuco deceptus a pseudomonachis impiis impostoribus, qui ipsi in sacris aderant consiliarii, ceu nempe eventuum arcanorum conscii et sancti spiritus munere exornati. (2120) quamobrem horum instinctus sermonibus impius princeps pessime resuscitat synodico exstinctam decreto haeresim, gravem leoninamque iram spirans adversus orthodoxos pios Christophilos. (2125) et archipraesulem doctum Nicephorum, qui abominando dogmati resistebat, sede depositum pellit in exsilium ad Proeconesum insulam Hellesponticam. ad quam dum navi deportatus ducitur, (2130) mirum in cursu contigit prodigium. nam sancti viri cognito spiritaliter itinere dius Theophanes, procul licet, qui monasterio praeerat in agris posito, et ture et facibus incensis magnum (2135) prosequebatur veluti salutans

προύπεμπεν οἷον δεξιούμενος μέγαν.
ὁ δ' ἐκ κελεύθου προσκύνησιν ἦν νέμων
τῷ τὴν προπομπὴν ἠὐτρεπικότι φίλῳ.
ὡς εἰκὸς οὐκοῦν, θαυμασάντων ναυτίλων
καὶ "τίνι προσκύνησιν" εἰπόντων "νέμει;"
ἦ δ' ὃς προαθρῶν "γεννάδᾳ Θεοφάνει,
ὁμολογητῇ καὶ μοναχῶν προστάτῃ
ἀσκουμένων κάλλιστα κατ' Ἀγρὸν μέγαν."
Οὗτος κατασχὼν Μιχαὴλ τραυλὸν θέσιν,
τῶν τινὰ λαμπρῶν καὶ περιφανεστάτων
καὶ πρόσθεν οἱ φίλων τε καὶ τιμωμένων,
ἐν φυλακῇ τίθησι καὶ καθειργνύει·
εἶτα κατακέκρικεν αὐτοῦ καὶ μόρον
τὸν διὰ πυρὸς ἡ μιαρὰ καρδία.
καὶ τάχ' ἂν ἐξήνυσεν αὐτὸν αὐτίκα,
εἰ μὴ βασιλὶς εὐνέτις ἦν ἐνστάτις.
ἐπεὶ δ' ἀφείθη, καλέσας συνωμότας
συνίστορας δέσμιος οὓς ᾔδει τάχος,
σὺν σφίσι τῷ Λέοντι καττύει λόχον.
οἳ καὶ κατ' ὄρθρον παραβυσθέντες λάθρα
τοῖς βασιλείοις παπίου συνεργίᾳ,
ἐν κληρικῶν σχήματι καὶ ξιφηφόροι,
ὡς δῆθεν ἀνοίσοντες ᾠδὰς ὀρθρίας,
σφάττουσι τὸν Λέοντα τοῖς ξιφιδίοις
ἐν τῷ νεῷ ψάλλοντα σὺν κληρουμένοις,
θείᾳ τραπέζῃ προσπεφευγότα φόβῳ,

virum. vicissim de nave hic cernuus adorabat amicum, qui transeuntem se honorabat. igitur nautis iure demirantibus, et quemnam adoraret sciscitantibus, (2140) "inclytum" inquit "vaticinans, Theophanem confessorem et monachorum praesidem, qui sanctum asceterium in agro incolunt."

Deinde Leo balbum Michaelem, splendidum virum ex optimatium numero, (2145) quem hactenus amicum in aula habuerat, vinctum carceri tradit custodiendum; mox etiam immiti animo decernit ipsi luendum igne supremum supplicium. et sine mora rem transacturus erat, (2150) nisi regina coniux intercessisset. ergo hic dimissus vinculis coniuratos advocat, notos sibi rei regendae socios, quibuscum Leoni statim struit insidias. hi sub auroram introgressi clanculum (2155) in aulam regiam, papiae favore, sub clericali veste succincti gladiis, ceu matutinis canticis daturi operam, armis eductis Leonem confodiunt psallentem in ecclesia inter clericos; (2160) qui territus ad divinum altare confu-

ἐκεῖ βιαίως τὸν βίον λελοιπότα
ἔνθα περ ἐξέβρισεν ἀσεβῶς τάλας.
Πρὶν ἢ δὲ ταῦτα συμπεσεῖν, ὤπται τάδε.
ἔδοξε μητρὶ τοῦ Λέοντος κατ᾽ ὄναρ
ναῷ Βλαχερνῶν εἰσδῦσαν παρεστάναι
γυναῖκα καταθρεῖν κοσμίαν, βασιλίδα,
λευχειμονοῦσιν ἀνδράσι τιμωμένην
δορυφορουμένην τε σὺν εὐταξίᾳ·
τὸ δάπεδον δὲ πλῆρες αἱμάτων βλέπειν,
πρὸς δ᾽ αὖ ἀκοῦσαι τῆς δορυφορουμένης
σκεῦος λεγούσης μητρὶ τοῦ βασιλέως
νέμειν πιεῖν αἵματος ἐμπεπλησμένον·
πόσιν δὲ τῆσδε παντελῶς ἀρνουμένης
γυναῖκα φάναι "σὸς δὲ παῖς οὐχ αἱμάτων
υἱὸν θεόν μου προσκυνοῦντας κἀμέ γε
τίθησι πλήρεις, μαστιγῶν παρανόμως;"
ἐδεῖτο παιδὸς τοιγαροῦν στεφηφόρου
λῆξαι μανίας, μὴ κακόν τι καὶ πάθῃ·
ἀλλ᾽ ἦν ἀπειθὴς μητρικαῖς συμβουλίαις.

Μιχαὴλ ὁ τραυλὸς ἔτη θ΄.

Οὕτω σφαγέντος τοῦ Λέοντος ὡς ἔφην,
τραυλὸς Μιχαὴλ ἀναδείκνυται κράτωρ,
ἔτι σιδήρῳ τοὺς πόδας καθειργμένος
ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς αὐτοκράτωρ·

2162 ἐξύβρισεν? 2166 γυναῖκ᾽ ἀθρόον?

giens in eo violentam pertulit necem loco, quem violaverat haereticus infelix.

Quae priusquam accideret, hoc visum accidit. mater Leonis conspexit per somnium (2165) in Blachernensi templo adstantem sibi feminam exornatam in regium morem, quam circumstabat cum decenti ordine candidatorum manipulus virorum. sed pavimentum redundabat sanguine.' (2170) insuper audiit dicentem mulierem ut regis matri scyphus ad bibendum cruore plenus exhiberetur. qua talem potum prorsus respuente, mulier respondit "nonne filius tuus (2175) divinum filium meum et me colentibus plagas imponit praeter fas cruentas?" ipsa rogavit igitur regem filium scelus ut omitteret, ne quid mali accideret: verum hic maternis haud paruit monitis.

Michael balbus an. 9.

(2180) Sic interfecto, ut diximus, Leone Michael balbus procedit imperator; qui pedes adhuc pedicis conclusos gestans ad regium devenit

εἶτ' εἰς μεγάλην προσδραμιὼν ἐκκλησίαν
παρ' ἀρχιθύτου γίνεται στεφηφόρος.
ἄνωθεν οὗτος εἶλκε σειρὰν τοῦ γένους
ἐκ Φρυγίας μέν, ἄστεος δ' Ἀμορίου,
ἐκφὺς πενιχρῶν ἀπόρων τε πατέρων,
ἀνὴρ ἀποφράς, δυσσεβής, πιστῶν λύμη,
βαρὺς τιμωρὸς ὀρθοδοξούντων μέρους,
πάρδαλις οἷον ποικιλόχροος σέβας,
ἄλλος χαμαιλέων τις ἀμείβων χρόας,
τῆς αἱρετικῶν παντοδαπῆς κακίας
πανσπερμία τις παμμιγὴς βδελυκτέα,
Ἀθιγγάνοις τε καὶ χριστομάχοις φίλος,
Σαδδουκαίοις μάλιστα τοῖς τρισαθλίοις
ἄλλῃ τε λοιπῶν αἱρετικῶν φρατρίᾳ.
ἔστεργε τὰ σάββατα καὶ νουμηνίας·
μέλλοντ' ἀγαθὰ καὶ παλίνδρομον βίον
καὶ τῶν προφητῶν διέσυρε τὸ στῖφος.
οὐκ ᾤετ' εἶναι δαίμονας τὸ παράπαν.
τὸν Ἰούδαν ἔφασκεν εἶναι δεκτέον.
μὴ κατὰ καιρὸν ἐκτελεῖσθαι κατ' ἔθος
πάσχα τὸ σωτήριον ἀπεφλύρει.
πορνείαν ὠνόμαζεν οὐχ ἁμαρτίαν,
οὔτ' ἄλλο κακῶν, φιλόποινος καρδία.
θεόν τ' ὀμνύναι τῶν ὅλων παρηγγύα
ὡς μὴ τρισυπόστατον ὑμνῶν τριάδα.
οὗτος βαρὺς ἔπνευσεν εὐσεβῶν μέρει,

2199 πάλιν δρόμου V

fastigium; statimque ad magnam progressus ecclesiam (2185) ab archipraesule stemma regni accipit. hic sui trahebat generis originem urbe ex Amorio Phrygia in provincia, genitus infimis sine re parentibus. ipse vir nequam, haereticus, fidelium (2190) pestis, et carnifex partis orthodoxae; secta tam varius quam corium pardaleos, alter quin adeo discolor chamaeleon, haereticorum omnigenae malitiae cinnus atque colluvies abominabilis, (2195) Athinganis christomachisque favens, ac Sadducaeis potissime tristissimis aliisque insuper sectis haereticis, sabbata observabat et neomenias, futurae vitae bona et resurrectionem (2200) et prophetas omnes irridebat; daemonas prorsus nullos esse putabat; Iudam dicebat esse laude dignum; praeter suum tempus paschalem ritum a nobis celebrari blaterabat; (2205) scortationem negabat in culpis ponere vel quicquam esse mali furiosus homo; deum sic iurare summum suadebat, tanquam trium hypostaseon non sit trias. hic mo-

καθυποβαλὼν αἰκίαις σφᾶς ἀγρίαις
καὶ φυγαδείαις καὶ τελευταῖον μόροις
ὑπὲρ σεβαστῶν προσκυνητῶν εἰκόνων.
πρὸς τοῖσδε καθείργνυσι φωστῆρας δύο,
Εὐθύμιον Σάρδεων σὺν Μεθοδίῳ,
τύπτει τ' ἀφειδῶς μαστιγῶν πολλῶν βάρει·
ὧν Εὐθύμιος εὐψύχως φέρων πόνους
ἐναποθνήσκει βασάνοις, λαβὼν στέφος,
καθείργνυται δὲ Μεθόδιος μακρόθεν.
Ἄνακτι τῷδε Θωμᾶς τις ἀποστάτης
ἐπιφυεὶς ὅπλοις τε καὶ βαρεῖ στόλῳ
πορθῶν ἐδῄου τὰ πέριξ Βυζαντίδος,
καὶ τοῦτ' ἐπὶ μήκιστον οὐ καλῶς ἔδρα·
ὅμως δίκην ἔτισε συσχεθεὶς τάλας,
διπλοῦν ὑποστὰς ὧν ἔδρασε τὸν μόρον.
Τούτου κρατοῦντος Ἀγαρηνῶν τι γένος,
οἴκησιν ἴσχον δυτικὴν Ἰβηρίαν,
ἀρχῷ προσῆλθεν ἀξιοῦν ἀποικίαν
σφίσι παρασχεῖν εἴς τινα θέσθαι τόπον,
τοῦ δὴ κατ' αὐτοὺς ἐστενωμένου τόπου
καὶ μὴ σθένοντος σφῶν φέρειν συνοικίαν.
καὶ πείθεται φύλαρχος αὐτῶν τοῖς λόγοις,
καὶ τούσδε λαβὼν ἐξέπλευσε σὺν στόλῳ,
λαφυραγωγῶν πυρπολῶν νήσους ὅλας
καὶ πειρατικῆς ἀναπιμπλῶν ναυτίας.

2212 ὑπερσεβάστων προσκυνητὰς?

lestus erat partibus orthodoxis, (2210) quas cruciatibus diris exercebat nec non exsiliis et supremis suppliciis propter augustarum cultum imaginum. praeterea comprehendit insignes duos, Sardium episcopum Euthymium cum Methodio, (2215) multoque et gravi verbere cecidit. in his Euthymius, fortiter dolores ferens, stemma lucratus moritur in cruciatu; Methodius remotum in carcerem ablegatur.

Regnanti huic Thomas rebellis quidam (2220) hostis exortus, armis et classe gravi cunctam Byzantii diripiebat viciniam; idque permulto malum duravit tempore. sed ad extremum captus infelix Thomas factorum suorum duplam persolvit poenam.

(2225) Sub hoc item rege Agarenorum quaedam tribus, occiduam incolens Iberiam, principem suum precibus fatigabat ut se in coloniam duceret ad alias terras, quoniam artiore nunc habitabat loco, (2230) qui iam non caperet incolarum numerum. parnit tribulium princeps sermonibus, impositoque in navibus populo insulas coepit depraedari, incendere, mareque opplevit piraticis navigiis. (2235) cumque

ἐπεὶ δὲ καθώρμισε τριήρεις Κρήτῃ,
τὸ πάμφορον δ' ἔβλεψε νήσου καὶ θέσιν
εὖ κράσεως ἔχουσαν ἄλλων θ' ὡρίων,
φλέγει μονωθεὶς πάντα πυρὶ τὸν στόλον·
καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν ναυτικοῦ πεφλεγμένου
καρδίαν οὐχ ἥκιστα καύσεως στόλου,
καὶ γαμετῶν καὶ φιλτάτων μεμνημένου,
"νῦν ὑμῖν ὧδε χῶρος εἰς κατοικίαν,
γάλα μέλι ῥέουσα γῆ τις" ἀντέφη,
"ἥνπερ κατοικήσατε συσχόντες, φίλοι,
καὶ φίλτατα κτήσεσθε γήμαντες τάχα."
ἐκ τοῦδε λοιπὸν Ἰσμαὴλ ἰσχυρὸν γένος
νῆσον κατέσχον καὶ τὰ τῆς νήσου κράτη.

Θεόφιλος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη ιβ'.

Ὁ Μιχαὴλ δὲ τὸν βίον καταστρέφει
λιπὼν τὸ κράτος παιδὶ τῷ Θεοφίλῳ,
σέβας μὲν οὐ τρέφοντι καλὸν ἐκ νέου,
ἀλλὰ πατρῴας δυσσεβείας καὶ κράτους
ὀφθέντι κληρούχῳ τε καὶ διαδόχῳ,
μᾶλλον δὲ πολλῷ καὶ βασιλικῷ μέτρῳ
νικῶντι, καθά φασι, τὸν φυτοσπόρον
τῆς δυσσεβείας διαπύρῳ μανίᾳ,
ἣν προσκυνηταῖς ἐμπνέων ἦν εἰκόνων,
στάθμῃ δὲ δίκης ἀρρεποῦς πεφυκότι,

2246 Ἰσμαηλιτῶν γένος?

appulisset ad Cretam triremes, miratus insulae uberem naturam, temperiem aëris, commoditates ceteras; remotis arbitris classi subiecit ignem. post id, cum socia turba dolore arderet (2240) haud minus quam incendio flagrabant naves, propter uxorum ac pignorum memoriam, "nunc" ait princeps "vobis heic est manendum in regione quae lacte et melle fluit; quam ut occupetis oro vos, amici, (2245) ductisque uxoribus pignora procreetis." tempore ex illo Ismaëlis populus fortiter insulam eiusque arces tenuit.

Theophilus Michaelis filius an. 12.

Mortali Michael vita discedens imperium filio tradidit Theophilo, (2250) qui religione a pueris imbutus prava paternae visus est potentiae simul haereseosque heres et successor; immo copioso regioque modulo, ut in proverbio est, patrem superans, (2255) impietatis suae fervidum furorem contra cultores imaginum spirans. ceterum iuris incor-

καὶ τῶν νόμων φύλακι τῶν εὖ κειμένων.
καὶ τῶνδε μαρτύριον ἃ μέλλω φράσειν.
Λαμπρῶν τις ἀνήρ, σύγγονος βασιλίδος,
κλῆσιν Πετρωνᾶς, δρουγγάριος ἀξίαν,
ἐν γειτόνων γύναιον οἰκοῦν ἠδίκει
τῷ τὰς διαίτας τῶν δόμων ὑψοῦν μέγα
τῷ δωματίῳ προξενεῖν τοῦδε βλάβην.
ὃ καὶ προσῆλθε βασιλεῖ τούτου πέρι·
ὁ δ' αὖ κελεύει Πετρωνᾷ λῦσαι βλάβην.
ἀλλ' οὗτος αὖθις ἀδικῶν οὐκ ἀνίει.
πρόσεισι γυνὴ τῷ στεφηφόρῳ πάλιν
καταβοῶσα τῆς βίας δρουγγαρίου·
τὴν ἀδικίαν ἐκτραγῳδεῖ σὺν γόοις.
στείλας βασιλεὺς ἐξετάζει τὴν δίκην,
καὶ γνοὺς Πετρωνᾶν ἔνδικον αἰτίαις
αἰκίζεται μάστιξιν αὐτὸν ἐννόμως,
καὶ στηλιτεύει φανερῶς ἐν τῇ πόλει,
καὶ συγκατασπᾷ τὰς διαίτας ἐκ βάθρων,
καὶ τῇ γυναικὶ τὰς ὕλας διανέμει.
Καὶ φορτίδα δὲ τῶν ἀγωγίμων πλέαν
ἰδὼν προκύψας ἐκ βασιλείων δόμων
ἐξ ἐμπορίας κατάρασαν ἀρτίως,
καὶ βασιλίδος τυγχάνειν γνοὺς φορτίδα,
ἔμφορτον αὐτὴν τῷ πυρὶ καταφλέγει,
μὴ δεῖν βασιλεῖς ἐμπορεύεσθαι λέγων,

rupti tenax iustarumque legum custos erat; cuiusce rei proferam testimonia.

(2260) Illustris vir imperatricis frater, nomine Petronas, dignitate drungarius, adversus vicinam feminam iniurius erat, cum exstruendis altius cubiculis illius domum detrimento afficeret. (2265) mulier igitur regem invocavit, qui iussit a Petrona damnum refici. hic de sua nihil remisit iniustitia. accessit ergo ad regem mulier iterum, contra drungarii vim expostulans, (2270) suamque iniuriam clamitans questa est. tunc rex submissis qui rem cognoscerent, ubi Petronam crimini affinem scivit, flagris in eum rite animadvertit, et sic punitum publice in urbe exposuit; (2275) tum aedificium a fundamentis subruit, iussitque feminae materiem attribui.

Insuper onerariam plenam mercibus navem conspicatus e regia domo, quae nuper a mercando reversa fuerat, (2280) ut hanc reginae coniugis esse audiit, ipsam cum mercibus igne consumpsit; quia reges, inquit, haud decet mercari nec dardanariorum vitam

μήτ' οὖν παλιγκάπηλον ἀνύτειν βίον,
μοίρᾳ δ' ἰδιώτιδι ταῦτ' ἀφιέναι,
ὡς ἂν ἀφορμὰς συμπορίζωνται βίου.
Ἀλλ' ὡς δικαίου διάπυρος ἦν φίλος,
οὕτως ἐπαχθὴς καὶ δύσοργός τις λίαν
τιμωρὸς ὑπῆν εὐσεβεῖν ᾑρημένοις.
ἐλύττα καὶ γὰρ κατὰ σεπτῶν εἰκόνων,
καὶ προσκυνητὰς ἱερῶν μορφωμάτων,
ἄνδρας ἁγίους, ἀγγελικοὺς τὸν βίον,
ὡς δυσμενεῖς τε δυσσεβεῖς στυγητέους
πάσαις ἐκάκου τῶν λυπηρῶν ἰδέαις,
μηδὲν προλείπων εἶδος ἀπανθρωπίας,
ᾔκιζεν' ἀπήλαυνε κατεπυρπόλει,
εἱρκτῇ ζοφώδει κατέκλειε δεσμίους,
βυθοῖς ἐδίδου καὶ μακραῖς κακουχίαις,
ἔστιζεν ὄψεις. ὦ ξένης τιμωρίας.
καὶ ταῦτα ποιῶν ἐκμανῶς Σατὰν λάτρις
αὐτῷ δοκῶν ἦν τὰ θεῷ πράττειν φίλα
ἢ καὶ λατρείαν τῷδε δεκτὴν προσφέρειν,
ᾗ φησὶ Χριστὸς ἐν λόγοις εὐαγγέλοις.
ταῦτ' ἄρα πλείστους ἐνθέως ἠνδρισμένους
καὶ χριστομάχον τοῦδ' ἐλέγξαντας πλάνην
μόρῳ παραδοὺς μάρτυρας ἀπειργάκει.
ἄλλοι δ' ἐναπέμειναν ἀλεῖπται βίῳ,
οἷς Μεθόδιος συνάριθμος τυγχάνει
καὶ Θεοφάνης σωφρόνως στιγματίας,

sequi, sed privatorum id conditioni relinquere, (2285) ut hinc tuendae vitae copiam habeant.

At quantum iusti fervidus amans erat, tantundem gravis iracundusque erat adversus verae religionis asseclas: sacrarum etenim odio imaginum (2290) imbutus, quicunque his adhibebant honorem, sanctos vitaque angelica viros praeditos, velut hostes impios abominabiles, omni affligebat molestiarum genere, nullam omittens saevitiae speciem. (2295) cruciabat igitur, pellebat in exsilium, urebat, caeco vinctos tenebat carcere, mergebat aquis, longis urgebat poenis, faciem compungebat. o supplicium novum! quae patrans hic furiosus satanicola (2300) sibi videbatur rem deo acceptam facere ipsique gratum exhibere famulitium, ut ait Christus in sermone evangelico. sic ergo plurimos decertantes fortiter scelestamque huius arguentes haeresim, (2305) morte damnatos efficiebat martyres. aliquot tamen martyrii hortatores supervixerunt, in quibus Methodius, Theophanesque

καὶ ζωγράφος Λάζαρος καυθεὶς τὰς χέρας,
αἷς εὐχερῶς ἔγραφεν εἰκόνας πάλιν.
Θεόφιλος σχεῖν σύζυγον βίου θέλων,
κοινωνὸν ἅμα τοῦ κράτους καὶ τοῦ λέχους,
χορὸν συνῆξε παρθένων πολλαχόθεν,
καλῶν ἁπασῶν, ὄψιν εὐπρεπεστάτων·
ἐν αἷσπερ ἐξέλαμπε τῶν ἄλλων πλέον,
οἷος σελήνης πλησιφαοῦς τις κύκλος,
σώματος ὥρᾳ, λαμπρότητι τοῦ γένους
καὶ μαρμαρυγαῖς τῶν λόγων Εἰκασία.
χρυσοῦν τι μῆλον ἁμέλει φέρων ἄναξ
περιπολῶν ἦν τὸν χορὸν τῶν παρθένων,
μνῆστρον σκοπῶν δοῦναί τι τοῦτο φιλτάτῃ.
ὡς οὖν Θεᾶται παριὼν Εἰκασίαν,
κάλλους περιττοῦ θαυμάσας κόρην ἔφη
"διὰ γυναικὸς φαῦλα πάντ' ἀπερρύη."
ἡ δ' ἠρέμ' ἀντέφησεν εὐστόχως ἄγαν
"ἀλλ' ἐκ γυναικὸς πηγάζει καὶ βελτίω."
ὁ δ' αὖ παρῆλθε θαυμάσας τὴν παρθένον,
καὶ δοὺς τὸ μῆλον παρθένῳ Θεοδώρᾳ,
χώραν ἐχούσῃ πατρίδα Παφλαγόνων,
πλὴν εὐπατριδῶν πατέρων κατηγμένῃ,
κοινωνὸν αὐτὴν ἄγεται κράτους λέχους,
τὴν Εἰκασίαν παραβλέψας, ὡς ἔφην.
ἣ μὴ τυχοῦσα κοσμικῆς σκηπτουχίας

2316 οἷα?

honesto compunctus stigmate, et pictor Lazarus, qui perustis manibus (2310) belle tamen rursus pingebat imagines.

Iam Theophilus appetens vitae sociam, imperii simul torique participem, chorum undecunque collegit virginum, quarum etsi nulla non erat formosissima, (2315) inter has tamen magis emicabat, qualis est lunae cumulatus orbis, venusto corpore et generis splendore, sermonisque etiam dignitate Icasia. aureum ergo pomum manu gerens (2320) chorum virgineum rex circumibat, ut hunc gratissimae daret arrhabonem. ut autem vidit in transitu Icasiam, formam eximiam mirans puellae, ait "cuncta obvenerunt mala per mulierem." (2325) illa submisse, sed prudenter admodum, "atqui ex muliere meliora manant" ait. rex admiratus virginem praeteriit; pomoque tradito virgini Theodorae, patriam quidem habenti Paphlagoniam, (2330) sed de patriciis genitae parentibus, hanc simul imperii torique participem fecit, praeterita, ut iam dixi, Icasia; quae ubi

οὐ νυμφίου τε γηγενοῦς βασιλέως
πλουτεῖ νοητὸν παντάνακτα νυμφίον
καὶ βασιλείας οὐρανῶν κληρουχίαν,
μονάσασα δὲ καὶ μονὴν δειμαμένη
ἠσκεῖτ' ἐν αὐτῇ, προσλαλοῦσα ταῖς βίβλοις·
ἧς μεστὰ συγγράμματα χαρίτων ἔφυ.
Ἡ δὲ βασιλίς, ἡ θεοῦ θεία δόσις,
στέργουσα κρύβδην εἰκόνας σεβασμίας
κατεῖχεν ἔνδον εὐλαβῶς κιβωτίου,
μανίαν ἐκκλίνουσα τοῦ συνευνέτου
ἥνπερ προσῆγε προσκυνηταῖς εἰκόνων.
καὶ δή ποτ' αὐτῆς προσκυνούσης εἰκόνας
αἴσχιον ἀνδράριον αὐτοῦ Θερσίτου,
παράφορον νοῦν καὶ παρακεκομμένον,
ἀνακτόροις ἄθυρμα ψυχαγωγία,
ἠρώτ' ἐπιστὰν "τί τάδ' ἔστιν, ὦ μάνα;
οὕτω γὰρ ὠνόμαζε τὴν βασιλίδα.
ἡ δ' ἀφελῶς εἴρηκε "καλὰ νινία."
ἐκεῖθεν οὖν ἔδραμε πρὸς βασιλέα
ἐκεῖνο τἀνθρώπιον, ὡς εἰθιστό οἱ.
ὁ δ' ἤρετ' ἐξ ὅτου περ ἥκει καὶ πόθεν·
τὸ δ' ἐκ μάνας ἔφησεν ἥκειν ἐνθάδε,
καὶ τήνδε καλὰ προσκεκτῆσθαι νινία.
συνεὶς βασιλεὺς εἰκόνας τὰ νινία,
θυμοῦ πνέων ἄπεισι πρὸς βασιλίδα
καὶ λοιδορεῖται καὶ καθικνεῖται λόγοις.

2345 εἰκόνων V 2354 ἤρετο et ἥκειν V

mundanum non est adepta sceptrum terrenique regis nuptiis excidit, (2335) spiritalem et omnium regem sponsum lucrata est et caelestis regni sortem. monialis enim, condito monasterio, in hoc se exercuit literis dans operam; eiusque exstant pleni lepore libri.

(2340) At imperatrix, inclytum dei donum, sacras imagines clanculum colens, servabat reverenter in arca conditas, insanum odium coniugis declinans, quo cultores imaginum prosequebatur. (2345) cumque illa aliquando has ipsas coleret, homuncio quidam Thersite deformior, dementi mente praeditus et insipiens, regii palatii ludicrum ludibrium, rogavit adstans "quid hae sunt, o Mana?" (2350) hoc enim nomine reginam appellabat. illa pure respondit "sunt pulchrae pupae." protinus ad regem illinc cursu concito homuncio ille venit pro more suo. rex sciscitatur undenam ipse veniat; (2355) vesanus illinc sese redire ait, et reginam possidere pulchras pupas. rex pupas intelligens esse imagines, ira inflammatus pergit ad reginam, eamque obiurgat, compellans verbis asperis.

ἡ δ' ἣν σοφιστὴν ἀπατῶσα κακίας,
τὰς ἐν κατόπτροις ἐμφάσεις λέγουσά πως
μορφῆς ἐμῆς ἰδεῖν τε φράσαι νινία.
οὕτω θυμοῦ σβέννυσιν εἰποῦσα φλόγα.
Οὗτος βασιλεὺς Θεόφιλος πολλάκις
καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ στρατηγῶν ταγμάτων
ἄλλων τε πολλῶν ἀνδρικῶν εὐκαρδίων,
Μανουὴλ δ' οὐχ ἥκιστα καὶ Θεοφόβου,
μάχας κατώρθου, κτιννύων ἀντιπάλους·
ἦστην γὰρ ἄμφω δεξιὼ ῥωμαλέω
καὶ τῶν κατὰ σφᾶς οὐδενὸς λελειμμένω
εὐανδρίαις τε καὶ καλαῖς στρατηγίαις.
καὶ χεῖρα δ' εἶχε φιλότιμον, πλουσίαν,
εὐεργετικήν, φιλόδωρον εἰς ὅλους·
ὅθεν ξενῶνα καὶ φαεινὸν καὶ μέγαν
εἰς ἀνάπαυμα τῶν ξένων ἀπαρτίσας
κλῆσιν ἑαυτοῦ τῷ δομήματι νέμει,
οἶκον γυναικῶν ὄντα τὸ πρὶν ἀσέμνων.
ἥττητο δ' οὐδὲν ἀφροδισίων σφόδρα,
τῇ σωφροσύνῃ προστετηκὼς ἐκτόπως.
Ἀλεξίῳ δὲ τῷ Μωσηλὲ τοὐπίκλην,
ἐξ Ἀρμενίων Κρηνιτῶν λαμπροῦ γένους,
ἀνδρὶ στρατηγῷ γεννάδᾳ ῥωμαλέῳ,
μετὰ χαρίτων ὄψιν ἠγλαϊσμένῳ,
Μαρίαν συνῴκισε τὴν θυγατέρα,
τιμήσας αὐτὸν ἀξίᾳ τῇ Καισάρων,

(2360) ipsa cavillatorem decipiens improbum, ait se in speculo contemplantem spectra, formam suam appellasse puparum nomine. sic elocuta regis exstinxit iram.

Rex hic Theophilus saepenumero (2365) tum per se ipse tum per duces bellicos, quos multos habuit forti animo praeditos, Manuelem praesertim ac Theophobum, feliciter bellavit cum hostium caede. ambo enim erant dextri fortesque, (2370) neminique cedebant suorum temporum strenuitate vel arte imperatoria. ipse Theophilus liberalem manum munificamque omnibus porrigebat. quare etiam hospitium splendidum magnum (2375) ad peregrinos excipiendos exstruens suimet aedificio nomen indidit, quod antea fuerat scortorum lustrum. nec rei venereae prorsus erat obnoxius, sed castimoniae studebat mirifice. (2380) Alexio autem cognomento Moseli, ex Armeniorum Crinitarum claro genere, strenuo viro et duci magnanimo et venustate vultus exornato, Mariam filiam nuptiis copulavit, (2385) addito honore tituli Cae-

καὶ σὺν στόλῳ πέπομφε πρὸς Λογγιβάρδους.
φθονουμένου δὲ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀνδράσι
καὶ τῷ βασιλεῖ γ' ἐνδιαβεβλημένου,
διαβολῶν σύζυγος ἦν ζῶσα λύτις·
ἐπεὶ δ' ἐκείνη κατέλιπε τὸν βίον,
εὐθὺς περιφάνειαν ἐκλιπὼν βίου
Καίσαρος ἀξίαν τε, συγγενεῖς, φίλους
ἄλλα τε πάντα καὶ πλέον τύρβην βίου,
τὸ κατὰ Χριστὸν ἀμφιέννυται ῥάκος,
καὶ τρίχα καρεὶς τὴν μονὴν ὑπεισέδυ
ἣν αὐτὸς ἀνήγειρε, τὴν Ἀνθεμίου·
ἐν ᾗ μονάζων καταλύει τὸν βίον.
Τοῦ δ' Ἀμορίου πατρίδος Θεοφίλου
ταῖς Ἀγαρηνῶν στρατιαῖς ἡλωκότος,
ἀπειραριθμήτου δὲ κτανθέντος στίφους,
καὶ πλῆθος ἥλω μυριάριθμον τότε
ἀχθὲν δορυάλωτον αὐτοῖς βαρβάροις,
ἐν οἷς στρατηγοὶ τῶν ἐκεῖθι ταγμάτων,
δεκὰς τετραπλῆ σὺν ἁπλῇ ξυνωρίδι,
οἳ μαρτύρων εὕραντο καὶ στέφη τέλος.
ὥνπερ χάριν πέπομφε πρέσβεις ὁ κράτωρ
ἀπαγγελοῦντας τῷ κρατοῦντι Περσίδος
δοῦναι λαβόντα λύτρα τὴν λύσιν σφίσιν
κεντηνάρια πρὸς τέτρασι δὶς δέκα.
ἀλλ' οὐ προσέσχεν ἀκοὴ φαύλη λόγοις.
ὅθεν βασιλεὺς ἐκτακεὶς μακρᾷ λύπῃ
νοσήσας ἀπέρρηξε κακῶς τὸν βίον,

sarei; misitque cum classe contra Longobardos. sed enim invidente comitatu atque apud regem calumniante Caesarem, uxor dum vixit, calumnias dispulit. (2390) sed postquam illa vitam deseruit, statim Alexius mundi se pompa abdicans, Caesarea dignitate, propinquis, caris, profanique omni tumultu saeculi, pauperem Christi exemplo saccum induit, (2395) coenobiumque tonsa coma ingressus est Anthemii, quod ipse construxerat, ibique monachus vitae confecit cursum.

Exin Amorio, Theophili patria, Agarenorum capto exercitibus, (2400) innumerabilis turba gladio periit, aliaque plurima servituti addicta ad barbaros iure belli abacta est; atque in his erant legionum duces illic bellantium quadraginta duo, (2405) qui etiam martyres denique evaserunt. hos ut redimeret rex legationem misit, significantem Persidis tyranno ut hos dimitteret acceptis redimiis centenariis quattuor cum viginti. (2410) sed verba respuerunt aures barbarae. quare imperator longo maerore affectus, contracto morbo misere ab-

πολλὰ δεηθεὶς συζύγου τῶν τ' ἐν τέλει
καθαιρέσει στέργοντας εἰκονισμάτων
τὸν Ἰωάννην λύκον, οὐχὶ ποιμένα,
ἐᾶν καθέδραν κατέχειν ἐκκλησίας.

Μιχαὴλ ὁ υἱὸς Θεοφίλου σὺν τῇ μητρὶ Θεοδώρᾳ καὶ αὖθις μόνος. ὁμοῦ ἔτη κε'.

Εἶτα κραταρχεῖ τοῦ κράτους Θεοδώρα
σὺν παιδί, βραβεύουσα γαλήνης δόσιν·
ἧς πρῶτον ἔργον κατάγειν τοὺς φυγάδας
τούς τ' ἐν φυλακαῖς ἐκλύειν καθειργμένους,
νεῖμαί τε παῦλαν τοῦ διωγμοῦ καθάπαξ.
μετὰ δ' ἀναστήλωσιν ἔσπευδε δρᾶσαι
τῶν ἱερῶν τε προσκυνητῶν εἰκόνων.
εἶτα κατάγει τοῦ θρόνου Ἰωάννην,
ἀντεισάγει δὲ Μεθόδιον ἀξίως,
οὗ προστατοῦντος ὀρθοδόξων τοῦ στίφους
καθίδρυσις γένοιτο σεπτῶν εἰκόνων
εἰς τοὐμφανές τε προσκύνησις τοῖς ὅπλοις.
τόθ' ἡ βασιλὶς ποιμεναρχῶν πληθύος,
πρὸς δ' αὖ λογάδων ἐνθέων μονοτρόπων
δεῖται λιπαρῶς τοῦ ξυνευνέτου χάριν,
ὡς ἂν ὑπ' αὐτοῖς διαλλακταῖς εὐχέταις
θεὸς βασιλεῖ Θεοφίλῳ πταισμάτων
καὶ χριστομάχου τῆς πλάνης λύσιν νέμοι,
συγγνωμονήσας ὡς συμπαθὴς δεσπότης,

2414 στέργοντας τῶν εἰκ. V

rupit vitam, uxorem atque optimates valde exorans ut abolendas curarent imagines, (2415) atque ut Ioannem lupum, non pastorem, ecclesiae cathedram retinere sinerent.

Michael Theophili filius cum Theodora matre, rursusque solus. summa an. 25.

Postea cum filio regnat Theodora, quae pacis reddidit imperio donum. in primis enim exsules reduxit, (2420) quique tenebantur vinculis emisit liberos, persecutionis cursum omnino inhibens. mox properavit cultui proponere sacras ac venerabiles imagines. deinde electo de sede Ioanne (2425) illi Methodium digne substituit, quo praesidente orthodoxis partibus augustarum imaginum fieret restitutio, easque publice populus adoraret. tunc imperatrix episcoporum coetum (2430) nec non sapientium hieromonachorum enixis precibus pro defuncto coniuge oravit, ipsis ut intercedentibus deus augusto Theophilo culparum errorisque haeretici veniam concederet, (2435) misericordia flexus ceu mitis

καὶ τῶνδε προσχὼν ταῖς λίταις εὐξαμένων,
οἷα θεὸς φίλοικτος εὔσπλαγχνος φύσει,
ὡς πρὶν Μανάσσην ἀξιοῖ σωτηρίας.
Ὁ δ' ἐνδίκως ἔκπτωσιν ὑποστὰς θρόνου
γόης Ἰωάννης, ἐν μονῇ που διάγων
Χριστοῦ τε μητρὸς τοῦδε λαβὼν εἰκόνας,
ὄμματ' ἀπεμαύρωσε τῶνδ' ὁ μαινόλης·
ὅπερ μαθοῦσα βασιλὶς τρισολβία,
ζήλου φλεχθεῖσα τῷ πυρὶ τὴν καρδίαν,
τοῦδ' ἐκκοπῆναι τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων
εἰς ἔκτισιν ἔνδικον εὐθὺς ἠξίου.
ὁρμῆς δ' ἀνείρχθη ταῖς τινῶν συμβουλίαις·
πλὴν πέμψασ' ἠκίσατο τοῦτον σκυτάλῃ,
πληγαῖς μακραῖς κόψασα τοῦδε σαρκίον.
Ταύτης κρατούσης Βουλγάρων ἀρχηγέτης,
μαθὼν γυναικὶ σὺν ἄπαλῷ τεκνίῳ
τὴν Ῥωμαϊκὴν ἠγμένην αὐταρχίαν,
σπονδῶν δράσειν σύγχυσιν ἠπείλει μέγα,
ὡς εἶχε συνθὴς ἄνακτι τῶν Αὐσόνων
καὶ καταδραμεῖν τοὺς ὅρους Ῥωμαΐδος.
πρὸς τόνδε φάναι τὴν βασίλισσαν λόγος

2433 hunc merito recenset inter Graecorum errores Allatius in tractatu de lib. eccl. Graecor. p. 117 sqq. citatque falsae sententiae auctores Synaxarium, Nicephorum, Zonaram, Constantinum Manassem, Gennadium aliosque anonymos; quibus nunc accedit Ephraemius. perniciosum errorem ego ipse nuper refutavi in annotationibus ad orationem Blemmydae a me editam in Vaticanae collectionis secundo volumine. est autem hoc in loco ineptum Manassis exemplum, viventis scilicet hominis in terreno carcere comparatio cum anima corpore soluta infernisque poenis, quas evangelium aeternas esse affirmat, addicta. M.

dominus. horum reapse precibus aures praebens Theophilum misericors clemensque deus, ceu quondam Manassem, salute dignatus est.

Interim is qui sede merito exciderat, (2440) planus Ioannes, in monasterio degens Christi matrisque eius imaginibus forte deprehensis oculos furiosus eruit. quo audito scelere inclyta regina, zeli vicissim flammis cor perusta, (2445) impio pupillas excuti oculorum iusto talione protinus imperavit. verum quorumdam prohibita consiliis, mittens armatos scutica ministros, multis verberibus corpus illi contudit.

(2450) Hac imperante Bulgarorum dominus, audiens mulieri teneroque puero Romani imperii regimen commissum, magnopere minabatur se abrupturum foedera quae sibi cum Caesare intercedebant, (2455) et Romanos fines incursaturum. tunc huic reginam sic rescripsisse aiunt "equidem

"θεῷ δὲ κἀγώ, συντρίβοντι τὰς μάχας,
θαρροῦσα πάντως ἀντιτάξομαί γέ σοι·
κἂν μὲν νικήσω σὺν θεῷ μαχουμένη,
μέγαν ὀφλήσεις τὸν κατάγελων ὅλοις·
εἰ δ' αὖ νικήσεις, οὐ τὸ νῖκός σοι μέγα
γυναῖκα νικήσαντι θήλειαν φύσιν."
ὡς οὖν τάδ' ἀπήγγελτο μυσαρχηγέτῃ,
ὕφῆκεν ὁρμῆς, τὴν ὀφρὺν κατασπάσας,
ἀνανεοῖ τε τὴν πρὶν εἰρήνην πάλιν.
Ἀλλὰ καλὸν πῶς πόθεν λόγῳ φράσαι
εἰς πίστιν ἦκεν εὐσεβῆ Μυσῶν ἔθνος.
γυνή τις ὄντως εὐγενὴς ἐκ Βουλγάρων,
ὅμαιμος οὖσα τοῦ Μυσῶν ἀρχηγέτου,
ἦχθη δορυάλωτος εἰς Κωνσταντίνου·
ἥ γ' ἐνδιατρίβουσα τοῖς ἀνακτόροις
βαπτίσματι πρόσεισι τῷ σωτηρίῳ,
τὸ Χριστιανῶν ἐκδιδαχθεῖσα σέβας,
καὶ γνῶσιν ἔσχε γραμμάτων Ἑλληνίων.
αὕτη λυθεῖσα παρακλήσει συγγόνου
καὶ τῷδ' ὀφθεῖσα, Χριστιανοὺς ὡς δέον
ὑπῆρχε θαυμάζουσα σεμνύνουσά τε,
καὶ τόνδε βαπτίσματος ἔνθεον χάριν
ἔπειθε λαβεῖν ταῖς καλαῖς συμβουλίαις.
ὁ δ' ἦν τέως ἄτεγκτος οὐδ' εἴκων λόγοις·
ἐπεὶ δ' ἐπεισέφρησε λοιμὸς Βουλγάροις,
οὐκ ἦν δὲ λύσις οὐδὲ φυλὴ τῆς νόσου,

2466 πῶς καὶ πόθεν? 2482 παῦλα?

cum deo proeliorum arbitro prorsus aperto Marte resistam tibi. quodsi, avente deo, superior fuero, (2460) tu quidem orbi cuncto risui eris: sin contra viceris, laus tua levidensis erit victoriam de muliere rettulisse." haec ubi relata sunt Moesorum duci, is suum impetum superbiamque fregit, (2465) pacisque veteris renovavit foedera.

Sed est praeclarum verbis iam referre quomodo gens Moesorum ad fidem venerit. femina apprime nobilis ex Bulgaris, natura soror principis Moesorum, (2470) Cpolim captiva ducta est. haec autem degens regio in palatio ad salutare lavacrum accessit, edocta Christianorum religionem simulque literis Graecis erudita. (2475) haec deinde dimissa rogante fratre, atque ad hunc reversa, Christianos, ut par erat omni verborum magnificabat honore; atque ut baptismatis gratiam reciperet, fratrem egregiis hortabatur monitis. (2480) sed is loquentem immota mente audiebat. verumtamen cum Bulgaros corripuisset pestis, nullumque ad-

θεὸς δὲ λυτὴρ ὤπτο λοιμοῦ παμφάγου,
προσχὼν γυναικὸς ταῖς λιταῖς χριστωνύμου,
ἔγνω θεοῦ δύναμιν ἄμαχον τέως,
καί οἱ σταλῆναι ποιμενάρχην ἠξίου·
παρ' οὗ σταλέντος καὶ μυεῖται κατ' ἔθος
καὶ λαμβάνει βάπτισμα τῆς ἀφθαρσίας.
οὗ χάριν ἔθνος ἐκμανὲν τὸ Βουλγάρων
ἀρχηγέτην σφῶν ἀνελεῖν τόνδ' ἠξίουν·
ἀλλὰ πεποιθὼς σταυρικῇ παντευχίᾳ
ἥττησεν αὐτοὺς συμπλακεὶς κατὰ κράτος,
καὶ τόνδε πάντες εὐσεβοῦσι τὸν τρόπον,
βάπτισμα θεῖον προφρόνως δεδεγμένοι.
Ἕως μὲν ὑπῆν ἐγκρατὴς αὐταρχίας
ἡ Θεοδωρώννμιος, ἀνασσῶν κλέος,
εὖ εἶχε τὰ πράγματα τῇ Ῥωμαΐδι·
ἐπεὶ δ' ὑπεξίστατο παιδὶ τοῦ κράτους,
ἅπαντα πεπλήρωτο τῆς ἀκοσμίας,
σωροὺς Μιχαὴλ χρημάτων καὶ πραγμάτων
ὕλαις ἁμάξαις ἐκκενοῦντος ἀφθόνως
κώμοις μέθαις κόλαξιν, ἔργοις ἀτόποις·
ὃς ἐκ χρυσοῦ πλάτανον εὖ εἰργασμένην
γρῦπάς τε διττοὺς καὶ λέοντας αὖ τόσους
εἴδη τε πλεῖστα παντοδαπῶν κοσμίων,
εἰς κόσμον εἰς ἔκπληξιν ὄντα τοῦ κράτους,
χωνείᾳ παρέδωκεν ἐξ ἐμπληξίας.
Ἄναξ Μιχαὴλ οὐκ ἔχων ἐξ ὀσφύος

esset remedium mali nisi deus fieret summi exitii aversor, Christianae princeps feminae preci annuens (2485) agnovit dei virtutem insuperabilem, sibique mitti postulavit episcopum; a quo superveniente initiatur rite, et lavacrum recipit incorruptionis. ob id Bulgaricus efferatus populus (2490) principem suum molitus est occidere: sed enim fretus validis crucis armis rebelles conserta princeps pugna domuit. tunc omnes vera pariter fide imbuti dium libentes baptisma receperunt.

(2495) Igitur quoad praefuit imperio reginarum gloria Theodora, Romanae res feliciter se habebant: sed postquam summa cessit potentia in filium, susque deque permisceri coeperunt omnia. (2500) pecuniae opumque Michael acervos totis, ut aiunt, plaustris effundebat, comissans, potans, inter palpones graecans. idem etiam platanum affabre ex auro factam duosque grypes et leones totidem (2505) atque aliam plurimam variam supellectilem, quae dignitati regiae ornamento erat, stulte conflavit, ut pecunia fieret.

Rex Michael, quoniam ex proprio genere non suppetebat regni

κληροῦχον ἀρχῆς καὶ διάδοχον κράτους,
ἄνακτα Βασίλειον Αὐσόνων στέφει,
συζεύξας αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν
αὑτοῦ παλλακήν, Ἴγκερος Εὐδοκίαν.
χώρας δ' ὁ Βασίλειος ἐξέφυ πάλαι
Μακεδονίας, ἐξ ἀσήμων πατέρων
αὐτουργίᾳ τε χρωμένων γεωργίᾳ,
ἰσχυρὸς ἀνήρ, δεξιός, ῥωμαλέος,
εὐῆλιξ, ἥβῶν, εὐπρόσιτος, δασύθριξ,
ψυχὴν ἀγαθός, τὰς φρένας ἐρρωμένος·
ᾧ πολλ' ἐμνᾶτο σύμβολα κραταρχίαν
εὐθὺς ἀπ' αὐτῆς παιδικῆς ἡλικίας,
ἀφ' ὧν βράχιστα σημανῶ στιχουργίᾳ.
Θέρους βρεφικῶς τῷδ' ὑπ' ἀκτῖνα πάλαι
ὑπνοῦντι, καθὰ γηπόνων ἔθος τέκνοις,
ἐπικαταπτὰς ἀετός, θαῦμα ξένον,
σκιὰν ἀνεὶς πτέρυγας ἕδρα τῷ βρέφει.
περὶ βρέφους ἔδεισε μήτηρ ἐκτόπως,
τὸν ἀετὸν βλέψασα μὴ κατ' ἐλπίδας
σκιὰν σχεδιάζοντα τῷ βρεφυλλίῳ,
καὶ τόνδε λίθοις ἀπελαύνει μακρόθεν.
καὶ τῆσδ' ἀπούσης ὄρνις ὡς πρὶν κατέπτη,
τελῶν τὸ λειτούργημα παιδίῳ πάλιν·
καὶ πάλιν ἀπήλαυνεν ἡ γειναμένη.
καὶ τοῦτ' ἐδρᾶτο πολλάκις τῆς ἡμέρας.
Ὡς δ' ἐφήβων ἥψατο τῆς ἡλικίας,
ἀγνώς τις ὢν ἅπασιν, ἐσχάτως πένης,

successor heres, (2510) Romanorum regem Basilium creat, eique nuptiis copulat Eudociam Inceris filiam, concubinam suam. patria Basilii Macedonia fuit, ubi ex obscuris natus est parentibus, (2515) qui manu propria agrum excolebant, vir fortis, dexter, viribus praepollens, aetate florida, bene comatus, blandus, et bono animo et mente constanti praeditus. huic multa imperium portenderunt (2520) signa iam inde a teneris unguiculis, ex quibus dicam carmine pauca admodum.

Aestivo tempore radiis sub solaribus dormienti, uti mos est rusticorum liberis, advolans aquila, mirum prodigium! (2525) umbram expansis alis puero praebuit. tunc filio timuit mater vehementer, aquilam videns praeter exspectationem umbram tenello infanti suppeditantem; lapidumque iactu procul abigebat avem. (2530) matre recedente aquila rursus advolat, atque suum puero praebet ministerium. rursus hanc mater abigit; idque saepe per vices illa die factitatum fuit.

Ut vero e pueris excessit Basilius, (2535) omnibus ignotus atque egen-

βαδίσας ἦκε πρὸς πόλιν Κωνσταντίνου,
ὡς ἂν ὑπάρξας τῶν τινὸς θῆς εὐπόρων
ζωὴν τὰ συνέχοντα κτῶτο προσφόρως.
πόλιν δ' ὑπεισδὺς κατέδαρθεν ἑσπέρας
Διομήδους μάρτυρος ἐν ναοῦ πύλῃ
ὥς τις πενιχρὸς εὐτελὴς νεανίας.
ὄναρ δ' ὁ μάρτυρ ἐμφανίζεται νύκτωρ
τινὶ καθ' ὕπνους τῶν ἔσω νεωκόρων,
καί οἱ τὸν ἐκτὸς ἐγκελεύεται τάχος
εἰσαγαγεῖν ἄνακτα τῆς πύλης ἔσω.
ὁ δ' ὑπεξελθὼν καὶ Βασίλειον μόνον
εὑρὼν ὑπνοῦντα κατὰ λιτοῦ δαπέδου,
πύλην ὑπῆλθε τοῦ νεὼ καὶ τὸν δόμον,
δόξας ὄναρ φάντασμα μάταιον πέλειν.
καὶ πάλιν εἶχε τὸν νεωκόρον κλίνη,
καὶ πάλιν ὄψις ταὐτά οἱ παρηγγύα·
καὶ πάλιν ἐξέδραμε τῆς πύλης τάχος,
καὶ Βασίλειον εὗρεν ὑπνοῦντα μόνον.
ἐπεὶ δὲ τρὶς γένοιτο ταῦτα κατ' ὄναρ
καὶ σύνεσις ἦν οὐδαμοῦ νεωκόρῳ,
δηλοῖ τὸ τρίτον ἐμφανῶς μάρτυς λέγων
εἶναι τὸν ἐκτὸς κείμενον βασιλέα·
ὃν εἰσαγαγὼν ὡς δέον νεωκόρος
φιλοφροσύνης καὶ ξενίας ἠξίου.
εἶτα συνιστᾷ τόνδε τῳ τῶν ἐν τέλει,
κἀκεῖνος ᾠκείωσεν ἄνακτι πάλιν·
ὁ δ' ὕψος ἐβράβευσε τῆς κραταρχίας.

tissimus ad Constantini urbem pedester venit, ut alicui diviti navans operam vitae adiumenta sustentandae acciperet. ergo ingressus urbem dormiebat vespere (2540) in valvis templi martyris Diomedis, tamquam egenus vilisque adolescentulus. en autem martyr se conspiciendum obtulit uni ex aedituis noctu per somnium, iubens ut festinanter eum qui cubabat foris (2545) regem, reclusis valvis, introduceret. egressus ille cum Basilium solum nuda humo dormientem offendisset, in templum regressus domum se recepit, vanum se somnium aestimans vidisse; (2550) itaque in lecto rursus se composuit. sed ecce oblata species mandatum repetit. ipse celeriter ianua se proripit, et Basilium dormientem solum reperit. cumque iam tertio somnium occurrisset, (2555) neque rem aedituus prorsus intelligeret, martyr ad extremum aperte dixit eum, qui foris cubabat, esse regem. tunc introductum, ut par erat, aedituus blandis officiis recreavit et hospitio; (2560) tum cuidam optimati commendavit, qui rursus illum regi familiarem reddidit, a quo Basilius regium honorem rettulit.

Καί τις μοναχῶν, ἀρεταῖς ἐστεμμένος
μέλλοντά τ' εἰδὼς πνεύματι θείῳ λέγειν,
Κρήτην πατρίδα καὶ μονὴν κεκτημένος,
ἐκεῖσε τῷδε πρὸ κράτους ἀφιγμένῳ
προεῖπεν ἀνάρρησιν εὖ κραταρχίας.

Βασίλειος ὁ Μακεδὼν ἔτη ιβ'.

Οὗτος Μιχαὴλ ἀνελὼν εὐεργέτην
καὶ βασιλευτὴν καὶ δότην τὸν τοῦ στέφους
αὐτοκράτωρ μόναρχος ὤφθη τῶν ὅπλων·
ὅθεν συνιεὶς αἰκία συνειδότος
φόνου δυσαχθὲς καὶ μιαιφόνον μύσος
ἐξιλεοῦν ἔσπευδε δεσπότην ὅλων,
ἄβυσσον ὑπάρχοντα τῆς εὐσπλαγχνίας,
ἔργοις φιλοίκτοις καὶ καλῶν εὐποιίαις·
μεθ' ὧν νεὼν κάλλιστον εὐπρεπῆ ξένον,
πολυτελὲς θέαμα, τέρψιν ὀμμάτων,
ἐν βασιλείοις καινίσας πρωταγγέλῳ
νέαν ἀποκέκληκε τόνδ' ἐκκλησίαν·
καὶ πάλιν ἄλλον Ἠλίᾳ τῷ Θεσβίτῃ,
ὃν ἐξόχως ἦν καὶ τιμῶν καὶ σεμνύνων
πομπαῖς ἑορταῖς δαψιλῶς ταῖς δι' ἔτους.
οὗτος δι' αὐτοῦ καὶ στρατηγῶν καὶ στόλου
ἐχθροὺς ὑπῆρχε κτιννύων εἴργων φλέγων,
καὶ σφῶν πόλεις ἅρπαγμα τιθεὶς τῷ κράτει.
ναοῦ σοφίας καὶ δυτικὴν ἀψίδα,

Quin adeo quidam virtute fulgens monachus, spiritu divino futurorum praescius, (2565) in Creta patria monasterium incolens, illuc venienti ante imperium Basilio veraciter praedixit regem creatum iri.

Basilius Macedo an. 12.

Hic Michaelem erga se beneficum regnique datorem postquam interfecit, (2570) solus cunctarum dominus rerum exstitit. quare conscientiae stimulis compunctus, dum scelus caedis reputat infandae, placare aggressus est communem dominum, cuius clementiae nullus est terminus, (2575) bonis operibus et largiendo egenis. tum etiam templum novum pulcherrimum, mirum gratumque oculis spectaculum, regio in palatio angelorum principi condidit, novamque appellavit ecclesiam. (2580) rursusque templum aliud Eliae Thesbitae, quem colebat praecipue per anni cursum pompis, diebus festis, honore lauto. hic per suos duces perque exercitum perdebat hostes igne gladio vinculis, (2585) urbesque illorum suo adiungebat regno. hic templi Sophiae apsidem oc-

κάμινουσαν ἤδη τῷ χρόνῳ τῷ παμφάγῳ,
ἤδρασε χερσὶ τεχνιτῶν εὐμηχάνως·
ναοῖς τε πολλοῖς γῆς κλόνῳ τεθρανσμένοις
τὴν δυνατὴν σύναρσιν εἰσῆξε σφίσιν.
πολλοὺς δ' ἐπεσπάσατο τῶν Ἰουδαίων
πρὸς πίστιν ὀρθὴν χρημάτων συνεργίᾳ.
καὶ Ῥὼς ἔθνος πρὶν κεκρατημένον πλάνῃ
Χριστῷ προσελθεῖν εὐσεβῶς δράσας ἔχει.
σταλεὶς γὰρ αὐτοῖς ἀρχιθύτης τῶν πάνυ
ἔπειθε πάντας τῷ Χριστῷ προσιέναι
εὐαγγελίῳ καὶ Χριστοῦ τεραστίοις·
οἱ δὲ πρὸς αὐτοῦ κατιδεῖν ᾔτουν τέρας
πρὸς πίστιν ὧν ἔφασκε Χριστοῦ θαυμάτων.
εὐαγγέλων γοῦν πυκτίδα θείαν λόγων
εὐξαμένου τε καὶ πυρὸς θέντος μέσον
ἄφλεκτος ὤπτο τῷ πυρὶ τῷ παμφάγῳ·
οἱ δ' ἐκπλαγέντες προστίθενται κυρίῳ,
βαπτίσματος δώρημα προσδεδεγμένοι.
Καὶ παῖδα τὸν Λέοντα, πεισθεὶς ἀτόποις
Σανταβαρηνοῦ βασκάνου συμβουλίαις,
γόητος ἀνδρός, φυλακῇ καθειργνύει.
καὶ τάχ' ἂν ἀπέσβεστο λύχνους ὀμμάτων
ὁ φίλτατος παῖς πρὸς φυτοσπόρου Λέων,
εἰ μὴ πατριάρχης τε καὶ γερουσία
λιταῖς ἀπεῤῥῦξαν σκέμματος τὸν πατέρα.
ἔμφρουρος ἦν ὅμως δὲ μακρὸν τὸν χρόνον.

ciduam, iam laborantem temporis iniuria, artificum refecit eleganter manu; multisque aliis terrae motu diruti (2590) delubris congruam suppeditavit opem: Iudaeos quoque multos ad rectam fidem pellexit, vitae agendae adiumentis praebitis. quin Rossos hactenus errori deditos ad religionem Christi curavit trahere. (2595) egregius etenim missus ad hos episcopus suasit cunctis ut ad Christum accederent, Christi evangelica narrans miracula. tum Rossi postulabant signum cernere, quod narratarum rerum fidem faceret. (2600) ergo verbi evangelici divinum librum episcopus cum precibus in ignem misit; hunc autem vis flammarum non laesit vorax. qua re attoniti dominum sunt secuti Rossi, et baptismi munus susceperunt.

(2605) Exin Leonem filium Basilius, Santabareni absurdis consiliis obsequens, invidi pravique viri, in custodiam tradidit. et quidem oculos forte amissurus erat dilectus filius Leo mandato patris, (2610) ni patriarcha cum conscriptis patribus precibus fregissent parentis consilium. sed tamen iamdiu in vinculis manebat Leo.

δήμῳ δὲ κοινῆς ἡγμένης πανδαισίας
πτηνὸν μιμηλόν, ψιττακός, ζῷον λάλον,
Λέον Λέον κέκραγε συχνῶς ἐν πότῳ,
καὶ συσσίτους δείκνυσι πλήρεις δακρύων.
καὶ προσπεσόντες λιπαρῶς τῷ δεσπότῃ
ἐξιλεοῦνται τῷ πατρὶ τὸν υἱέα·
καὶ σπένδεταί οἱ καὶ πάλιν νέμει κράτος.
Θηρῶν ἐλάφῳ βασιλεὺς ἐντυγχάνει
ὑπερφυεῖ τε καὶ λίαν κερασφόρῳ,
ἐφ' ὃν ξιφήρης κατέτεινε τὸν δρόμον,
καὶ φθὰς ἐπῆρε τὸ ξίφος, πλῆξαι θέλων.
ὁ δ' ἀνθυποφθὰς τοῖς κέρασι σφαγέα
ἅρας ἀπῆει κατὰ δυσβάτων τόπων.
καί τις προλαβὼν ἐξομαρτούντων νέων
ζώνην τεμὼν σέσωκε τὸν βασιλέα·
ὃς σῶστρα καλὰ τῷ σεσωκότι νέμει
τομὴν κεφαλῆς. φεῦ δίκης τῆς ἀδίκου.

Λέων ὁ σοφὸς ἔτη κε'.

Βασιλείου δὲ τὸν βίον λελοιπότος
διάδοχος παῖς ἀναιδείκνυται κράτους
Λέων, σοφίας κοσμικῆς πάσης ἴδρις,
τῆς τετρακτύος τῶν σοφῶν μαθημάτων,
καὶ μαντικῆς αὖ τῆς ἀπορρήτου πλέον,
τῆς δι' ἐπῳδῶν καὶ δρόμου τῶν ἀστέρων

2634 αὐτῆς V

ecce autem praebito publice convivio psittacus, avis loquax et imitatrix, (2615) Leonis inter epulas nomen coepit ingeminare convivisque expressit lacrimas; qui ad genua domini flagitanter proni reconciliarunt denique filium patri, qui Leoni dignitatem cum gratia reddidit.

(2620) Rex aliquando venans in cervum incidit eximia magnitudine celsisque cornibus, quem statim instructus armis cursu appetiit; iamque occisurus erat elato gladio, cum ille contra irruens hostem cornibus (2625) sublatum in avios locos fuga abripuit. sed enim comes iuvenis praevertens cursu regem praeciso balteo neci eripuit; qui sane egregium servatori praemium contulit, abscisso capite. pro iniustitiam!

Leo sapiens an. 25.

(2630) Exstincto Basilio successor heres filius imperii habenas tractandas cepit Leo, mundanae sapientiae nullius inscius, quadriga doctrinarum apprime exercitus, arcana divinandi praesertim arte, (2635) quae fit incantationibus cursuque siderum, quaeque peritis cuncta futura pan-

μύσταις διδούσης τὴν πρόγνωσιν τῶν ὅλων.
τἄλλα μὲν οὗτος εὐσεβὴς ἦν ὀρθόφρων,
κοινῶν τε διοίκησιν ἦγεν ὡς δέον·
τετραγαμίᾳ δ' ὡμιληκὼς συζύγων
καὶ πρὸς νόμων κώλυμα μὴ φέρειν λέγων
κυδοιμὸν ἐντίθησι προστάταις νόμων,
καὶ ποιμενάρχην ἐνστάτην δεδειγμένον
ποίμνης ἐλαύνει καταγαγὼν τοῦ θρόνου.
πρώτην δὲ τιμῶν συζύγων βασιλίδα,
τὴν μακαριστὴν Θεοφανὼ τὴν πάνυ,
ἄγχιστα ναοῦ κηρύκων ἀποστόλων
νεὼν ἀνιστᾷ τῇδε τῶν ἐξαισίων,
ἐν ᾧ σορὸν τίθησιν αὐτῆς λειψάνων.
καὶ πάλιν ἄλλον καινίσας θεῖον δόμον
Χριστοῦ πάλιν ζῴῳ γε Λαζάρῳ φιλῷ
ἐν τῷδ' ἐθησαύρισε κἀκείνου δέμας
καὶ Μαγδαληνῆς Μαρίας τῆς ὀλβίας.
πρὸς τοῖσδ' ἀνιστᾷ καὶ μονὴν Κωνσταντίνῳ
ἐν ταῖς νοσσιαῖς, τῷ Παφλαγόνι γένος
καὶ θηλυδρίᾳ, πλὴν δ' ὅμως πεφιλμένῳ,

2636 profecto rei divinatoriae artique astrologorum vanissimae male deditus fuit Leo; cuius rei testem me videre memini codicem perantiquum insignem, e Byzantina aula, ut puto, profectum, in quo mendacis perniciosaeque artis praecepta copiosissime traduntur. ex eo nimirum codice fragmenta tria Iuliani Laodicensis nuper ego edidi. nota quoque eunt oracula, quae Leonis imperatoris nomen prae se ferunt. M.

2646 locutionem *nuntius apostolus*, quae est in editione Eusebii Mediolanensi p. 70, reprehendit ut incredibilem abiiciendamque iudicavit in suis animadversionibus doctus quidam vir Italus. sed ecce tibi κήρυξ ἀπόστολος *nuntius apostolus* apud Ephraemium. quare sic reapse legerat olim interpres Armenius etiam apud Eusebium. M.

dit. hic ceteroquin pius et orthodoxus rem dirigebat aequo iure publicam: sed tamen quartis celebratis nuptiis, (2640) nec legum hac in parte frenum patiens, tumultu perturbavit custodes iuris; et patriarcham adversantem sibi grege procul pepulit detractum throno. tum ut suam primam coniugem reginam (2645) Theophanonem mortuam honoraret, delubro proximam apostolorum aedem huic exstruxit ingentis molis, ibique reliquias eius in arca posuit. rursusque aliam instaurans sacram aedem (2650) amico Christi redivivo Lazaro, ibidem corpus eius clausit loculo, nec non beatae Magdalenae Mariae. coenobium insuper struxit Constantino Paphlagoni in eo loco qui nidus dicitur, (2655) turpi viro sed tamen dilecto sibi; quem coma tonsa iussit esse monachum,

ὃν ἀποκείρας πρῶτον εἰς ῥακενδύτην
λόγοις προαχθεὶς Σαμωνᾶ τοῖς βασκάνοις,
εἶτ' ἐκδύσας ἄμφια τὰ μονοτρόπων
ἀξίᾳ τιμῇ τοῦ παρακοιμωμένου·
ᾧ καὶ μονὴν ἤγειρε τὴν εἰρημένην.
Τόνδ' ἐν νεῷ μάρτυρος ὄντα Μωκίου,
ἑστῶτα δ' ἀγχοῦ κιγκλίδος θείου δόμου
δορυφορίας βασιλικῆς ἠγμένης
κατὰ κάρας ἔπληξεν ἀνήρ τις βάκτρῳ·
καὶ τάχ' ἂν αὐτὴν συνέτριψεν ἐσχάτως,
εἰ μὴ προσαρράξαν γε βάκτρον λυχνίᾳ
τὸ πλεῖστον ἀφῄρητο βιαίας ῥύμης.
Ὃ συμβὰν εἰργάσατο θροῦν τοῖς ἐν τέλει·
προήγορος δὲ κἀν μονοτρόποις μέγας
Μάρκος παρὼν ἔφησε τῷ στεφηφόρῳ,
ὃ συνυφήνας τῷ μεγάλῳ σαββάτῳ
μέλος τετραῴδιον εὐφυεστάτως,
"ἐκ τοῦ παρόντος ἐς νέωτ' ἀραρότως
δέκατον ἄρξων, βασιλεῦ, ἴσθι χρόνον."
καὶ σύνδρομον γένοιτο τοὔργον τῷ λόγῳ.

Ἀλέξανδρος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μῆνας ιγ'.

Λέοντος ἀρχὴν καὶ βίον λελοιπότος
ὅμαιμος Ἀλέξανδρος ἔσχε τὸ κράτος,
ἀνὴρ ἀσελγής, ἐκδεδιητημένος,
ἄθυρμ' ἐρώτων, ἀκολασίας φίλος,

verbis instinctus Samonae invidentis; postea detracta monachali veste cubicularii honore condecoravit (2660) illum cui monasterium, ut dixi, struxerat.

Exin imperatorem in templo martyris Mocii versantem, dum regii satellites cancellis propinquant divinae domus, nescio quis fuste percussit in capite; (2665) quod quidem illi prorsus confregisset, nisi pendenti lychno illisus fustis multum de vi letali perdidisset. atque id proceres valde turbavit facinus. fatidicus autem et clarus inter monachos (2670) Marcus, qui panxit carmen tetraodium sabbati magni pervenusto metro, forte ibi praesens regem sic est affatus "tempore ex hoc certum te esse volo decem adhuc annos fore regnaturum;" (2675) fuitque verbis eventus consonus.

Alexander Leonis frater mens. 13.

Leone deserente cum vita imperium, frater obtinuit sceptrum Alexander, vir impudicus perditisque moribus, servus libidinum, inconti-

κώμοις μέθαις χαίρουσα χοιρώδης φύσις,
ῥέκτης κρυφίων Ἀφροδίτης ὀργίων,
φαύλοις ἀγύρταις, ἀνδράσιν εὐτραπέλοις
τριωβολιμαίοις τε χειρίζων κράτος·
ὅστις κατωρχήσατο τῆς κραταρχίας,
ὡς συγγόνου πρόρρησις, ἓν γ' ἔτος μόνον,
μῆνας δεκατρεῖς δυστυχεστάτους φέρων.

Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς Λέοντος ὁ πορφυρογέννητος σὺν τῷ πενθερῷ αὐτοῦ Ῥωμανῷ τῷ Λακαπηνῷ, ὁμοῦ ἔτη κϛ'.

Τούτου καταστρέψαντος αἰσχρῶς τὸν βίον
Κωνσταντῖνος, βλάστημα πρῶτος πορφύρας,
Λέοντος υἱός, παραλαμβάνει κράτος,
νέος κομιδῇ τυγχάνων ἡλικίαν.
σὺν μητρὶ διέποντι τῷδε τὸ κράτος
ἐπιφυείς τις Ῥωμανὸς ἐκ Λακάπης,
πέλων στολάρχης δρουγγάριος ἀξίαν,
ἀπεστάτησε τοῦ νέου στεφηφόρου·
ὅρκοις φρικαλέοις δὲ συνθήκαις θ' ἅμα
εἰς βασιλείας προσδεχθεὶς κοινωνίαν,
ὡς συνανάσσῃ τῷ νέῳ στεφηφόρῳ
καὶ κηδεμὼν ᾖ τοῦ νέου καὶ τοῦ κράτους,
καὶ τῷδε τηρήσει τὴν κραταρχίαν
ὡς κλῆρον ὄντως πατρόθεν δεδεγμένῳ,
οὐ πάντ' ἐφυλάξατο τῶν συγκειμένων,

2691 τὸ om V 2699 συντηρήσει?

nentiae deditus, (2680) comissator, ebriosus, ingenium brutum, atque arcanorum Veneris orgiorum assecla. improbis hic scurris circumforaneis vilibusque rem gerendam tradebat publicam. qui postquam in imperio debacchatus est (2685) anno, ut frater praedixerat, haud plus uno, mense misere interiit tertio decimo.

Constantinus Leonis filius porphyrogenitus cum socero suo Romano Lacapeno an. 26.

Ubi Alexander turpiter vitam clausit, Constantinus purpurae germen primum, Leonis filius, imperium obtinuit, (2690) aetatem prorsus teneram adhuc degens. cum is cum matre rei praesideret publicae, Romanus quidam, Lacapenus patria, dux exercituum munere drungarius, fefellit puero regnatori fidem. (2695) mox ad regni societatem admissus fuit, non sine gravi iureiurando pactoque inito fore ut conregnaret cum rege puero, imperiique et pueri simul tutelam gereret, atque huic incolumem servaret potentatum, (2700) cuius reapse heredem pater fecerat. sed non servavit Lacapenus foedera: quin adeo filios tres desi-

ἀλλ' υἱέας τρεῖς εἰς βασιλέας στέφει,
αὐτῷ ἀπεκλήρωσε κοινῶν πραγμάτων
φροντίδα πᾶσαν καὶ διοίκησιν κράτους.
τέως δὲ συνίθυνε καὶ Κωνσταντῖνος
τῷ πρεσβύτῃ καὶ νεωτέροις κράτος.
καὶ μακρὸς ἐξήνυστο τῷ μέσῳ χρόνος,
πρὸς εἴκοσιν ἓξ παραρρυέντων χρόνων.

Κωνσταντῖνος μόνος ἔτη ιε'.

καὶ τηνικαῦτα συλλαβὼν Κωνσταντῖνος
ὡς νουνεχῶς τε καὶ λίαν ἐπηβόλως
φίτην τε παῖδας ἄνακτας παρεγγράφους
καθεῖλεν ἀρχῆς καὶ μοναρχεῖ τοῦ κράτους.
ὑπῆρχε δ' οὗτος εὐσεβής τις ὀρθόφρων,
μηδὲν νεοχμῶν τῶν ἐθῶν ἐκκλησίας,
εἴκων δὲ ταύτῃ καθὰ μητρὶ φιλτάτῃ,
ὑπερμαχῶν τε δογμάτων τῶν ἐνθέων,
καὶ πάντα ποιῶν πρὸς φυλακὴν τῶν νόμων.
ἦν ἐν μεθέξει καὶ σοφῶν μαθημάτων
παιδεύσεώς τε τῆς θύραθεν εἰς ἄκρον·
ὧν καὶ προμηθεὶς ὤπτο συνεῖναι βίῳ,
τῆς σφῶν ἐπιστήμης γε τάξας τεχνίτας.
πλὴν εἶχεν ἄττα μὴ προσήκοντα κράτει·
αὐταρχίαν γὰρ μαλακῶς ἦν ἰθύνων,
ὠρᾶτο καὶ δύσοργος ἡμαρτηκόσιν,

2706 τῷ τε πρ.?

gnavit Caesares, sibique vindicavit publicarum rerum curam universam imperiique regimen. (2705) interim tamen Constantinus quoque cum sene eiusque liberis imperabat. atque ita tempus lapsum est diutinum; viginti enim et sex fluxerunt anni.

Constantinus solus an. 15.

tunc demum comprehensos Constantinus (2710) cauto artificio idoneoque tempore patrem cum filiis, regibus insitivis, dominio exuit solusque imperium tenuit. hic pius erat et orthodoxo animo, et nihil in ecclesiae institutis innovans, (2715) immo huic dilectae ceu matri obediens, et divinorum dogmatum defensor, et iuris observantiam in primis exigens. idem doctrinis praeditus sapientibus profanisque literis eximie instructus, (2720) harum quoque gessit semper patrocinium, quibus et tradendis magistros praeposuit. tamen indignae imperio dotes inerant: namque rem publicam socorditer regebat, nimis irascebatur

πρὸς δ' αὖ κολαστὴς ἀπαραίτητος σφίσιν.
ἀρχαιρεσιάζων δὲ βουλάς τ' ἐκφέρων,
ἀρχαῖς τε κοιναῖς καὶ στρατηγίαις ὅλαις
ἄνδρας ἐφίστα μηδαμῶς πεφυκότας,
ἀναξίους δὲ καὶ μοχθηροὺς εἰσάπαν,
ἀρχὰς ἁπάσας χρημάτων δρῶν ὠνίους.
Τούτου Ῥωμανῷ συνανάσσοντος τότε
εἰκὼν ἀχειρότευκτος Χριστοῦ δεσπότου,
ἐν χειρομάκτρῳ διαγραφεῖσα ξένως,
ἐξ Ἐδέσης ἤνεκτο πρὸς Βυζαντίδα.
καὶ Ῥωσικός τις μυριάριθμος στόλος,
φέρων ἀριθμὸν ὁλκάδων πρὸς ταῖς δέκα,
ὡς φασι, πέντε χιλιοστύας ὅλας,
λεηλατήσων κατέπλευσε πρὸς πόλιν·
σχεδὸν δ' ἅπας ἔφθαρτο τῷ Θεοῦ σθένει
καὶ μητρανάνδρου παρθένου συμμαχίᾳ
πρὸς ἀντιπρώρου Ῥωμαϊκοῦ τοῦ στόλου.

Ῥωμανὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἔτη γ'.

Τοῦ πορφυρανθοῦς δ' ἀπολιπόντος βίον
ὁ παῖς Ῥωμανὸς ἀναδείκνυται κράτωρ,
ᾧπερ συνῆπτο πρὸς γάμου κοινωνίαν
Θεοφανώ τις ἐκ χαμερποῦς τοῦ γένους,
ἣ τἀνδρὶ τίκτει παῖδας ἄρρενας δύο,
τὸν Βασίλειον, πρὸς δὲ Κωνσταντῖνον,

2747 δὲ τὸν K.?

delinquentibus, (2725) poenisque erat sumendis inexorabilis. idem magistratus senatoriosque gradus praefecturasque et militares ordines viris tradebat prorsus haud idoneis, indignis omnique vitio laborantibus, (2730) officia cuncta auro venalia exhibens.

Hic cum Romano dum regnat adhuc, imago Christi domini haud manu facta, miro artificio in mantili picta, Edessa urbe Byzantium translata fuit. (2735) Rossicus etiam plurimus exercitus quindecies mille naves onerarias, ut fama est, ducens, cunctaque depopulans ad urbem regiam direxit cursum. sed enim prope universus auxilio dei, (2740) virgine quoque matre ferente opem, Romanae classis impetu deletus fuit.

Romanus Constantini filius an. 3.

Exin Porphyrogenito vita functo Romanus filius imperator exstitit, cui matrimonii iure coniuncta erat (2745) Theophano, plebeio prognata genere. haec viro peperit masculos filios duos, Basilium et Constanti-

οὓς βασιλικῇ ταινίᾳ στέφει φίτης,
ἀνὴρ τρυφηλὸς ἐκδεδιητημένος,
μέθαις τε κώμοις προστετηκὼς ἐξόχως,
φιληδονίαις ἀφροδισίοις πότοις,
ἀνδράσι λοιμοῖς συνδιάγων καὶ φθόροις.
κοινῶν δὲ διοίκησιν ἣν ἐγχειρίσας
Ἰωσήφ τινι τὴν ἐπίκλησιν Βρίγγᾳ,
πραιποσίτῳ τε καὶ παρακοιμωμένῳ.
ὅμως στρατηγοῖς ἀνδρικοῖς κεχρημένος
στόλῳ τε βαρεῖ κατ' ἐχθρῶν ἀντιπάλων
νίκας κατώρθου, τοὺς ἐναντίους τρέπων·
Φωκᾶν Νικηφόρον γάρ, ἄνδρα γεννάδαν,
σὺν συγγόνῳ Λέοντι στρατηγοὺς ἔχων
αἱρεῖ δι' αὐτῶν ὑπεναντίων πόλεις,
καὶ θράσος ἐχθρῶν ὑποκλίνει τῷ κράτει.

Νικηφόρος Φωκᾶς ἔτη ς'.

Τούτου καταστρέψαντος αἰσχρῶς τὸν βίον
καὶ κράτος υἱοῖς γαμετῇ λελοιπότος,
Φωκᾶς Νικηφόρος τις ἀποστὰς κράτους
ἀνηγορεύθη βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
παρὰ στρατηγῶν τῆς ἕω καὶ ταγμάτων.
οὗτος στρατεύσας κατὰ Σύρων Κιλίκων
πολλὰς πόλεις σφῶν εἷλε τῆς μάχης νόμῳ,
Ἄδαναν, Ῥωσόν, τεῖχος Ἀναζαρβέων,
πρὸς ταῖσδε Ταρσὸν καὶ Μόψου τὴν ἑστίαν,

num, quos regio quoque stemmate ornavit genitor, vir voluptarius et corruptis moribus, (2750) potando comissando plus nimio deditus, deliciisque et Veneri et conviviis, sodalibus utens pessimis et corruptoribus. rei vero publicae curam gerendam tradidit Iosepho cuidam, cui Bringae agnomen erat, (2755) praepositi gerenti munus et cubicularii. is tamen strenuos habens in armis duces valido cum exercitu victorias rettulit feliciter, suosque hostes in fugam compulit. Phocam quippe Nicephorum, fortem virum, (2760) Leonemque fratrem eius duces habuit; quorum virtute hostium cepit urbes fastumque illorum imperii iugo subdidit.

Nicephorus Phocas an. 6.

Postquam Romanus vitam turpiter clausit relicto imperio coniugi atque liberis, (2765) Phocas Nicephorus, fallens imperio fidem, electus est ad honorem regium ab orientis ducibus et exercitibus. hic bellum gerens contra Syros Cilicas multas illorum urbes vi Martia cepit, (2770) Adanam, Rosum, Anazarbensium murum, praeterea Tarsum at-

ὧν καὶ πύλας ἤγαγε πρὸς Βυζαντίδα
ἐχούσας εὖ τέχνης τε καὶ ποικιλίας.
καὶ θεῖον ἐκτύπωμα Χριστοῦ δεσπότου
εὑρὼν κεράμῳ προστυπωθὲν ἀτέχνως
ἐξ Ἱεραπόλεως ἄστεος Σύρων,
καὶ βόστρυχόν γ' αἵματι συμπεφυρμένον
ἐκ προδρομικῆς κάρας ἀνειλημμένον,
ἀνακομίζει πρὸς πόλιν βασιλίδα.
καὶ φρούρια πλεῖστα δὲ τῶν ἐναντίων
κράτει καθυπέταξε τῆς Ῥωμαΐδος.
καὶ ταῦτα μὲν κάλλιστα κατορθωμάτων·
πλὴν τοῦδε λαμπρὸν ἐπισκιάζον εἶχέ τι,
ἥττητο χρημάτων τε καὶ χρυσαργύρου,
κἀντεῦθεν εἰς ἃ μὴ δέον παρακλίνας
δασμοῖς τε καινοῖς κατατρύχων καὶ φόροις
ὑπήκοον πᾶν ταῖν χεροῖν τῶν πρακτόρων,
ὤφθη μισητὸς πᾶσι καὶ τοῖς ἐν τέλει,
καὶ μᾶλλον οἷς ἔθιμα τῆς ἐκκλησίας
ἀνατρέπειν ἔσπευδε καὶ κακῶς λύειν,
ψήφους πρὸς αὐτὸν ἑλκύων ἐπισκόπων,
καὶ τῷ ταμείῳ ποιμένος τεθνηκότος
τὰ πτωχικὰ πράγματα τῆς ἐκκλησίας
συνεισφέρειν δεῖν θεσπίσας παρανόμως.
οὐχ ἧττον ἐξέμηνε πάντας πρὸς μῖσος
τὸ κατ' ἐκείνου τεῖχος ὑπερῳρμένον,
ὃ κυκλόθεν τέτευχε τοῖς ἀνακτόροις,

2774 τύπωμα V 2783 τῷ λαμπρῷ γ' ? 2791 ψῆφος V

que Mopsuestiam, quarum etiam portas Byzantium transtulit, insigni arte et vario perfectas opere. divinam quoque Christi domini effigiem (2775) haud manu factam et in olla inventam Syrorum ex urbe Hierapoli, capillique partem concretam sanguine, e praecursoris capite desumptam, ad urbem regiam transtulit. (2780) locos quoque munitos hostium plurimos Romanorum redegit in dicionem. et haec quidem splendide ab eo sunt facta. verum huius lucis nonnullae erant tenebrae: pecuniae laborabat cupiditate, (2785) proptereaque ab aequo declinans iure, novorum tributorum molestia imposita, quaestorum manibus subditos vexabat. hinc plebi et optimatibus exosus erat, praesertim quia canones ecclesiae (2790) per scelus violare molitus est, episcoporum aliquot suffragiis captis. nempe ad regium aerarium defuncto episcopo opes ecclesiae, pauperibus debitas, iniqua lege deferendas sanxit. (2795) nec minus odii publici incendit flammam excitata iussu eius muri moles insignis celsitudinis et magni ambitus, quae palatium undique

ὑψιτενές τ' ὂν καὶ περίδρομον λίαν.
καὶ δύγμα δ' εἰσήνεγκεν οὗτος ἐν μέσῳ
Θεσπίζον ὡς δεῖν στρατιώτας ἐξ ἴσου
μάρτυσι τιμᾶν καὶ γεραίρειν τοῖς ὕμνοις
μάχαις σφαγέντας καὶ λελοιπότας βίον.
καὶ τάχ' ἂν ἐξήνυστο πρὸς πέρας τόδε,
εἰ μὴ πατριάρχης τε σὺν ἀρχιθύταις,
πρὸς δ' αὖ λογάδες ἀντέστησαν εἰκότως.
Τούτῳ Τζιμισχῆς ἐγκοτῶν Ἰωάννης
ἐφ' οἷς κακῶς ἔδρασεν αὐτὸν ἀδίκως,
σὺν οἷς ἐθάρρει καττύει τούτῳ λόχον
καὶ σκέμμα δεινὸν καὶ παγίδα θανάτου,
αἰτουργὸν αὐχῶν τοῦ λόγου βασιλίδα.
χρησάμενος δὲ σὺν ἑταίροις σαργάνῃ,
ἣν ηὐτρέπισε βασιλὶς εὐμηχάνως,
ἀνῆλθεν ἡλίβατον ἄνοδον νύκτωρ,
καὶ βασιλείῳ, καθάπερ νυκτιλόχοι
ἢ θῆρες εἰπεῖν ἄγριοι βροτοκτόνοι,
παρεισφθαρέντες θαλάμῳ ξιφηφόροι
σφάττουσι τόνδε τὸν βασιλέα ξίφει.

Ἰωάννης ὁ Τζιμισχῆς ἔτη ς' Ϛ'.

Μεθ' ὃν Τζιμισχῆς γεννάδας Ἰωάννης
εὐθὺς ἀνηγόρευτο πρὸς παντὸς κράτωρ,
μετὰ δὲ μικρὸν βασιλικῇ ταινίᾳ
παρ' ἀρχιθύτου διαδεῖται τὴν κάραν,

circumvallabat. is etiam novum protulit decretum, (2800) quo martyrum honore iubebat milites coli, sacrisque hymnis celebrari, qui in proelio caesi vitam amisissent; eamque rem, ut arbitror, perfecisset, ni patriarcha cum ceteris episcopis (2805) proceresque, ut par erat, obstitissent.

Huic infensus Ioannes Tzimisches propter acceptas sine merito iniurias audacibus cum sociis insidias struxit, dirum molimen, mortis laqueum, (2810) facinoris ministram reginam habens. quare cum sociis in cistam impositus, quam regina astute praeparaverat, impervium locum noctu conscenderunt, latronumque ritu nocturnorum (2815) vel tamquam ferae saevae ac sanguinariae in regium irruperunt armati gladiis thalamum, ibique regem trucidarunt.

Ioannes Tzimisches an. 6 mens. 6.

Exin egregius Tzimisches Ioannes communi voto factus est imperator; (2820) pauloque post regali etiam stemmate a patriarcha caput eius est cinctum. dux erat hic eximius, incomparabilis, quo nemo ae-

ἀνὴρ στρατηγὸς ἀπαράμιλλος ξένος,
τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐν μάχαις διαφέρων
εὐανδρίαις τε συνεταῖς στρατηγίαις,
ψυχῆς παραστήματι σὺν εὐβουλίᾳ,
αὐτοκράτωρ ἄριστος, ἡδὺς τοῖς φίλοις,
ἐχθροῖς δυσαντίβλεπτος ἢ φρικαλέος.
οὗτος χαριτώνυμος, ὀλβία χάρις,
πραΰς, ἱλαρός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
ὃς ἡμέρως ἤνεγκε τὴν διὰ φόνου
ἐπιτιμίαν καὶ νεῶ τὴν κωλύμην
τοῦ ποιμενάρχου καὶ σοφοῦ Πολυεύκτου,
ὡς πρὶν ὁ Δαβὶδ τοὺς ἐλέγχους τοῦ Νάθαν,
τοὺς μὲν φυγάδας καταγαγὼν αὐτίκα
οὓς πρὶν ἐφυγάδευσε φθὰς Νικηφόρος,
ἐν οἷσπερ ἦσαν καὶ λογάδες ποιμένων,
καθυπογράψαι μὴ θελήσαντας τόμῳ
ᾧ θεσπίσας ἦν βασιλεὺς Νικηφόρος,
ἄνευ ἐκείνου μηδένα προεδρίας
ποιμαντικῆς τε τυγχάνειν προστασίας,
ὅνπερ διατέτμηκεν εἰς λεπτὰ τόμον.
ὃν δ' εἶχε πλοῦτον διένειμεν ἀπόροις,
καὶ κανονικὴν ὑπέδυ λειτουργίαν
εἰς ἄφεσιν πταίσματος, εἰς λύσιν φόνου.
εἶτα κατὰ Ῥὼς ἐκστρατεύσας βαρβάρων
ἥττησεν αὐτοὺς ἐν μάχῃ κατὰ κράτος·
ἡνίκα καί τις ὤπτο πολλοῖς ἱππότης,
ἄγνωστος ἀνήρ, Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων

tate eius praestantior armis, et manu propria fortis et strategemate, (2825) animi audacia praeditus cum consilio, optimus imperator, amicis blandus, hostibus intolerandus et formidabilis. hic pro vi sui nominis gratiosus, hilaris, mitis, subditis benivolus, (2830) passus est etiam ob patratam caedem obiurgari se temploque excludi a Polyeucto cato patriarcha, ceu Nathanem obiurgantem audiit David. exsules autem statim revocavit, (2835) quos in exsilium truserat Nicephorus; quos inter erant praecipui episcopi, qui detrectarant libello subscribere, quo decernebat imperator Nicephorus, ne quis se inconsulto praesul fieret (2840) nec pastorali honore frueretur. decretum id conscidit Tzimisches. tum suum divisit egenis peculium: quin et canonicam satisfactionem praestitit ob culpae veniam caedisque expiationem. (2845) deinde contra Rossos profectus barbaros gravi conserto proelio superior fuit. tunc etiam quidam visus est a pluribus eques, vir incognitus, qui Ro-

ὑπερμαχῶν ἄριστα κατὰ βαρβάρων.
ἔγνωστο δ' εἶναι Θεόδωρον τὸν μέγαν,
Χριστοῦ στρατιώτην τε καὶ στρατηλάτην.
ἔγνωστο δ' οὕτως ὡς προϊών σοι φράσω.
γυνή τις ὑπῆν εὐλαβὴς καὶ κοσμία
ναῷ προσεδρεύουσα πρὸς Βυζαντίδι,
ἥτις πρὸ μιᾶς ἡμέρας ταύτης μάχης
ἔδοξεν ἀθρεῖν μητράνανδρον παρθένον,
δορυφορουμένην τε καὶ προηγμένην
ἀνδράσι πολλοῖς καθάπερ βασιλίδα,
καὶ ταῦθ' ὕπαρ ἔδοξε φαμένης κλύειν
"ὦ Κυριθεόδωρος, ὦ στρατηλάτα,
ἐμός τε καὶ σὸς προσφιλὴς Ἰωάννης
βαρεῖς ἀγῶνας καὶ δυσηνύτους ἔχει.
σὺ δ' ἀλλ' ἐπικούρησον αὐτῷ ταχύνας."
τόδ' ἡ θεωρὸς τοῖς συνοῦσιν ἐκφέρει·
μνήμῃ διδοῦσι καὶ γραφῇ τὴν ἡμέραν,
καὶ πάνθ' ὑπῆρχε σύνδρομα χρόνῳ μάχης.
Οὗτος στρατεύσας καὶ κατὰ Κιλικίας
πάμπολλ' ἐχειρώσατο ταύτης φρουρίων·
ὅσα δ' ἀφηνίασε τῆς κραταρχίας,
πρὸς τήνδ' ἐπανήγαγε ταῖς στρατηγίαις.
Οὗτος νεὼν ἤγειρε Χριστῷ δεσπότῃ
πολυτελῆ κάλλιστον ἐν Χαλκῇ ξένον.

manis favebat pugnans copiis contra barbaros. (2350) porro hunc innotuit esse Theodorum magnum, Christi militem atque ducem. quo autem pacto innotuerit, verbis pandam. femina quaedam erat pia pudica, templo cuidam regia in urbe assidua, (2855) quae die una ante consertum proelium visa sibi est deiparam cernere virorum comitatu permultorum deductam, veluti reginam decet. insuper haec dicentem audire credidit (2860) "o domine Theodore, o dux exercitus, meus itemque tuus amicus Ioannes gravi in agone vertitur et perdifficili; quamobrem ad ferendam operam propera." illa rem visam narravit praesentibus, (2865) qui diem memoriae scriptoque consignarunt. congruit visio cum pugnae tempore.

Idem suscepto bello adversus Cilicas permultas cepit horum munitas arces. quotquot autem negabant subesse imperio, (2870) eas armis motis compulit ad obsequium.

Hic templum excitavit Christo domino in Chalce, dives opum et miro opere.

Βασίλειος ὁ βουλγαροκτόνος ἔτη ν'.

Τούτου τὸ βιοῦν ἐκμετρήσαντος μόρῳ
κληροῦχος ἀρχῆς τῆς πατρῴας ἐννόμως
Βασίλειος δέδεικτο καὶ σκηπτουχίας,
ὁ Ῥωμανοῦ παῖς, πορφυρόβλαστος κλάδος,
αὐτοκράτωρ κράτιστος ἐν στρατηγίαις,
αὐταρχίας τάλαντον αὐξήσας μέγα
ὡς πιστὸς ὡς φρόνιμος ὢν ὑπηρέτης,
οὐ πρὸς τρυφάς τε καὶ πρὸς ἀνέσεις βλέπων,
οὔτ' ἀμελείᾳ μήτε μὴν οἰκουρίᾳ
ἢ μαλακίᾳ προστετηκὼς μηδ' ὅλως,
ἀλλὰ στραταρχῶν πάντα καιρὸν τοῦ βίου
καὶ ταῖς κατ' ἐχθρῶν ἐντρυφῶν ἀεὶ μάχαις,
ἀνὴρ ἀγαθός, εὐσεβῶν νόμων φύλαξ,
μηδὲν νεοχμῶν τῶν ἐθῶν ἐκκλησίας,
ταῖς ἀρετῶν χάρισιν ἠγλαϊσμένος,
μᾶλλον δ' ἐραστὴς σωφροσύνης ἀνδρείας.
οὗτος καθάπερ ἀετοῦ λαχὼν φύσιν,
ἢ πτηνὸς ὢν φρόνησιν ἢ προθυμίαν,
τὸ μὲν πρὸς αὐτὴν ἐκστρατεύων τὴν ἕω,
τὸ δὲ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ὅρους τῆς ἑσπέρας
ἢ πρὸς μέρη βόρεια καὶ μεσημβρίας,
χώρους ἐπῄει βαρβάρων ἀντιπάλων,
λεηλατῶν σφᾶς, πυρπολῶν, πορθῶν πόλεις

2886 huius religiosissimi principis insigne *κειμήλιον* possidet bibliotheca Vaticana; menologii scilicet Graeci picturatum codicem nobilissimum, cuius mentionem feci in collectionis meae Vaticanae secundo volumine praef. p. 1. M.

Basilius Bulgaricida an. 50.

Ioanne fatis functo, patrium sceptrum heredis iure ac nomine legitimo (2875) obtinuit Basilius cum regio titulo, Romani filius, genitus in purpura, egregius exercituum imperator, qui dicionis fines valde ampliavit. fidelis hic et prudens administrator (2880) delicias haud spectabat requiemve corporis, neque socordiam nec domi desidiam, nulloque captus erat voluptatis genere, sed universam degens in armis vitam pulsandis in proelio hostibus gestiebat, (2885) vir bonus, legum sacrarum custos, nihil immutans in ecclesiae moribus, virtutum ornamentis valde rutilans, apprime studens fortis esse et temperans. hic sortitus veluti naturam aquilae, (2890) certe habens mentem efficaciamque volucrem, nunc in orientis bellum gerebat plagis, nunc in Hesperiis finibus, nunc sub borea, nunc denique per tractus meridionales bello quatiebat barbaros adversarios, (2895) depraedans, urens, depopulans urbes muni-

ἐρυμνά τε φρούρια τῆς μάχης νόμῳ.
καὶ δεῖγμ' ἐναργὲς ἡ Σκυθῶν ἐρημία
λεία τε Μυσῶν κατὰ τὴν παροιμίαν,
Περσῶν τ' Ἀβασγῶν ἐκτριβὴ τῶν τ' Ἀβάρων,
ὧνπερ καθεῖλε τὸ θράσος κατὰ κράτος.
καθειλε δ' οὐχ ἥκιστα καὶ τυραννίδα
τὴν τοῦ Σαμουὴλ Βουλγάρων ἀρχηγέτου,
καὶ σφῶν δ' ἀνειλε δυσαρίθμους ἐν μάχῃ·
συρρήξεως γὰρ συμπεσούσης καὶ μάχης
Μυσῶν ἐχειρώσατο χιλιοστύας
πεντάδας εἰς τρεῖς τὰς ὅλας ποσουμένας,
ὧν ὄμματ' ἐξέκοψε πάντων ἐνδίκως.
κἀκ τῶνδε βραχεῖς παραδοὺς πομποὺς σφίσι,
καὶ θάτερον σφᾶς ὀμμάτων ἐσβεσμένους,
πάντας ἀφῆκεν ἰέναι πρὸς Μυσίαν.
οὓς δυστυχῶς ἔχοντας ἰδὼν σφῶν κράτωρ
τέθνηκε, τρωθεὶς τῆς ἀθυμίας βέλει.
κἀκ τοῦδε Βασίλειος, αὔγουστος μέγας,
πᾶσιν ἐπωνόμαστο Βουλγαροκτόνος.
ἑλὼν δὲ Μυσῶν τὰς καθ' ἑσπέραν πόλεις,
Ἀχρίδα καὶ Σκόπια, Πρεσθλάβας δύο,
τὰς ἐν Σαρδικῇ καὶ Βιδίνης χωρία
σὺν Περνίκῳ, φρούριά θ' ἑπτὰ πεντάδας,
πάντα καθυπέταξε Ῥωμαίων κράτει.

2898 Mysos dicit pro Moesis perpetuo Ephraemius. proverbium tamen loquitur de Mysis. Zenob. 5 15, Diog. 6 42. M.

tasque arces, prout fas est belli. rei testis est Scythiae solitudo, praedaque Moesorum, ut ait proverbium, Persarum, Abasgorum clades et Abarorum, (2900) quorum audaciam aperto Marte fregit. nec vero secius contudit tyrannidem Bulgarorum principis Samuelis, eiusque gentis occidit innumeros. etenim facto pugnae conflictu gravi, (2905) Moesorum tantum captitavit numerum, ut ea aestimata sint milia quindecim, queis cunctis oculos lata sententia eruit. hos autem paucis ducibus instructos, quos uno tantum oculo excaecaverat, (2910) remisit cunctos liberos in Moesiam. quos ubi sic adfectos rex suus vidit, maeroris ictus telo mortem obiit. atque hinc Basilius augustus magnus vulgo vocari Bulgaricida coepit. (2915) Moesorum autem captis Hesperiis urbibus Achride Scopiis et Presthlabis geminis, Sardicae quoque et Bidinae castellis Pernicoque, cum arcibus triginta quinque, cunctas Romano subdidit imperio.

Κωνσταντῖνος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἔτη β' Ϛ'.

Τούτου μεταλλάξαντος ἐν γήρᾳ βίον
Κωνσταντῖνος σύναιμος ἄρχει τοῦ κράτους,
ὄγκον μὲν αὐχῶν σωματικὸν καὶ σθένος,
δειλὸς δὲ πάμπαν καρδίαν, ἀνειμένος,
ἦθους πεφυκὼς μαλθακοῦ καὶ ῥᾳθύμου,
θεατρομανῶν καὶ κύβοις προσανέχων
τρυφαῖς τε, κώμοις ἀφροδισίοις μέθαις
ἡδυπαθείαις ἐντρυφῶν, συσσιτίοις,
βίον βιῶν ἄντικρυς Σαρδαναπάλου,
ἄθυρμα πᾶσι βαρβάροις ἀντιπάλοις,
ὧν ὁρμὰς οὐκ ἔκρινε δεῖν ὅπλοις τρέπειν
ἢ συνελαύνειν σφᾶς ξίφει πρὸς δειλίαν,
ὑπηκόους δὲ καλαμώμενος φόροις
εἰσπράξεσί τε παντοδαπαῖς συχνάκις
ἐδέξιοῦτο δωρεαῖς σφᾶς ἀφθόνοις
τῶν ἀξιωμάτων τε τοῖς ὑπερτάτοις.
οὕτω κατεπράϋνε βαρβάρων θράσος·
διαβολαῖς δ' εὔεικτον οὖς ἦν ὑπέχων,
ἥττητο θυμοῦ καὶ φθόνου καὶ κακίας.
ταῦτ' ἄρα πολλοὺς ἐστέρησε τοῦ βίου,
ἄλλων δ' ἐπήρου τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων
ἐξ ὑπονοίας καὶ ψιλῆς ὑποψίας.
ἐπεὶ δὲ τετρύχωτο γήρᾳ καὶ νόσοις
καὶ καθεώρα προσδόκιμον τὸ μέτρον,
Ἀργυρόπουλον Ῥωμανὸν προσλαμβάνει,

Constantinus Basilii frater an. 2 mens. 6.

(2920) Postquam grandaeva aetate hic mortem obiit, Constantinus frater imperium tenuit, vastum quidem corpus viresque iactans, sed tamen corde timidus et infractus, molli morum genere et ignavo (2925) theatri atque aleae studio deditus, deliciis, ganeae, vino et rei venereae, voluptatum mancipium atque gulae, aemulam vitam degens Sardanapalo, barbaris cunctis hostibus ludibrio, (2930) quorum incursum haud armis repellere nec gladiis propulsare ob metum censuit; verum tributis subditos atterens, multaque et varia sine fine exigens, barbaros deleniebat donorum cumulo, (2935) conlatis etiam summis dignitatibus, sic barbarorum mitigans ferociam. calumniis autem facilem aurem praebens, iracundiae, invidiae, malignitati obnoxius, multos mortales spoliavit vita; (2940) oculorum alios orbavit lumine, suspicionum momento impulsus levi. demum senecta et morbis conflictatus, iamque instare cernens vitae finem, Romanum Argyropulum adoptavit,

καὶ τῷδε συνῴκισε τὴν θυγατέρα,
δόλῳ γυναικὸς τῆς νομίμου χωρίσας.
εἶτα παραδίδωσι καὶ κραταρχίαν.
ἐπιβιοὺς δὲ τοῖσδε μικρὸν ἐκπνέει.

Ῥωμανὸς ὁ ἀργυροπουλος ετ. ε' Ϛ'.

Καθίσταται δὲ Ῥωμανὸς αὐτοκράτωρ,
ἀνὴρ ἀγαθὸς εὐσεβής, εὐπατρίδης,
λόγων ἑταῖρος καὶ τέχνης ἐγκυκλίου,
τῶν δημοσίων εὐαγῶν ἴδρις νόμων,
εἰσπράξεως ὄλεθρος ἀλληλεγγύου,
εὐεργετικὸς ἀπορουμένοις ὅλοις,
δορυαλώτων δυσαριθμήτων λύτης,
ναοῦ σοφίας τῆς μεγίστης ἀψίδος
εὐμήχανός τις φιλότιμος συνδέτης,
χρυσοῦ χορηγὸς ἀφθόνου κληρουμένοις,
κοινῶν χρεῶν λύτης καὶ δότης πάλιν.
οὗτος στρατεύσας κατὰ τῶν ἐν Φοινίκῃ
σπονδὰς λυσάντων Ἀγαρηνῶν ἀθέων
πόλεις θ' ἑλόντων τὰς ὑπηκόους κράτει
καὶ συμπλακεὶς ἥττητο δυσκλεῶς σφίσι,
καὶ διεσώθη πρὸς πόλιν Ἀντιόχου,
κἀκεῖθεν ἀνέζευξεν εἰς Κωνσταντίνου.
καὶ λοιπὸν ἠλλοίωτο γνώμην τὴν πάλαι,
καὶ πάντας ἐξέθλιβε τοὺς ὑπηκόους

2959 τε καὶ?

(2945) eique filiam propriam nuptui dedit, pulsa per dolum coniuge legitima. exin imperii quoque pondus tradidit, brevique adhuc superstes efflavit animam.

Romanus Argyropulus an. 5 *et mens.* 6.

Romanus ergo constituitur imperator, (2950) vir bonus, pius, nobilitate cluens, literarum artiumque amicus omnium, publici recti iuris peritissimus, versurae cum mutua fideiussione eversor, erga egenos omnes largus opum, (2955) et captivorum redemptor plurimorum. maximam templi hic Sophiae absidem pulchro artificio ac splendido compegit, multamque auri vim attribuit clericis, et publicum dissolvit aes alienum. (2960) idem conlatis in Phoeniciam armis contra foedifragos impios Agarenos, qui subditas imperio urbes ceperant, conserta manu pugnavit infeliciter, fugaque evasit in urbem Antiochiam, (2965) atque illinc semet contulit Byzantium. dein alio ingenio se ostendit praeditum, cunctisque gravis coepit esse subditis insolitis tributorum coactio-

εἰσπράξεσι φόρων τε δασμῶν ἐκτόπων,
δεικνύμενος πράκτωρ τις, οὐκ αὐτοκράτωρ,
πικρὸς λογιστὴς εἰσφορῶν καὶ παιπάλη.
ταῦτα δὲ πάντα καὶ μακρῷ τούτων πλέω
κενῶν ὑπῆρχε καὶ δαπανῶν πλουσίως
ἐν ᾧ καθιδρύσατο σεμνείῳ ξένῳ
τῇ μητρανάνδρῳ καὶ περιβλέπτῳ κόρῃ,
ὅπερ καθυπέταξε κτήσεις παμφόρους,
πόλεις τε πολλὰς καὶ φόρους ἐτησίους
καὶ πλέθρα γῆς πάμπολλα καὶ πλείστας δύσεις,
πάντα μοναστῶν ἀκατάλληλα βίῳ.
Οὗτος στρατηγοῖς ἀνδρικοῖς βουληφόροις
καὶ ταγματάρχαις συνετοῖς κεχρημένος
στρατεύματί τε ναυτικῷ ῥωμαλέῳ
νίκας κατώρθου, κατεναυμάχει στόλους.
καὶ γὰρ κατακείρουσιν ἐν βαρεῖ στόλῳ
τοῖς Ἀγαρηνοῖς Ἰλλυρικὰ χωρία,
καὶ δρῶσι κακῶς τὰς ἐκεῖ κώμας πόλεις,
Ῥωμαϊκός τις ἐντυχὼν σφίσι στόλος
πυρίφλεκτον σφῶν ἀποδεικνύει στόλον.
καὶ πάλιν ἄλλος τις χιλιόναυς στόλος
ἐξ Ἀφρικῆς ἔπλευσε τὰς νήσους φλέγων,
καὶ πᾶς μικροῦ πέφλεκτο Ῥωμαίων στόλῳ,
ὃς αἰχμαλώτους εἶλε πεντακοσίους
καὶ δεσμίους πέπομφεν εἰς Βυζαντίδα.
τῶν πρὸς δ' Εὐφράτῃ κειμένων περ ἀστέων
στρατηγὸς ἐκράτησεν Ἐδέσσης μάχῃ·

nibus, exactor visus potius quam imperator, (2970) acerbusque quaestor et persubtilis. has tamen omnes multoque plures opes magnificas effudit in impensas, dum sanctuarium exstrueret novum virgini matri, venerandae dominae; (2975) cui fructuosa attribuit praedia multarumque urbium annuos reditus, soli iugera multa ac dona plurima, quae res monachis non erant congruae.

Fortibus idem et consiliosis ducibus, (2980) catisque simul utens centurionibus, pedestri pariter nauticoque exercitu valens, felices rettulit victorias. cum enim Agareni ingenti classe oras haberent infestas Illyrii, (2985) urbesque damnis et pagos afficerent, his superveniens Romanorum classis hostiles naves absumpsit incendio. rursus mille navium advenit classis ex Africa, per insulas incendia iactans. (2990) sed parum abfuit quin omnem inflammarent Romani, qui ceperunt quingentos milites vinclisque onustos miserunt Byzantium. quin et ad urbes Euphradites missus dux quidam proelio

2995 ὃς αὐτόγραφον καὶ θεόγραφον πλέον
εὑρὼν ἐπιστόλιον Χριστοῦ δεσπότου
στέλλει βασιλεῖ δῶρον ἠγαπημένον.
Τούτου κρατοῦντος γῆς κλόνος τις συνέβη,
ᾧ πολλὰ κατήρειπε τῶν δομημάτων,
3000 ἃ πάντα λαμπρῶς ἀνεκαίνισε κράτωρ.
Ἐπεὶ δὲ μίτος τοῦ βίου κέκοπτό οἱ,
νόσῳ τακέντι ποικίλῃ φθισιβρότῳ,

Μιχαὴλ ὁ Παφλαγὼν ἔτη ζ'.

Ζωὴ βασιλὶς δεικνύει βασιλέα
τὸν τῆσδ' ἐραστὴν Μιχαὴλ Παφλαγόνα,
3005 *ὡραῖον ὄψιν εὐπρεπῇ κεκασμένον,*
τῆς φύσεως ἄντικρυς ἄγαλμα ξένον,
πρὸς δ' αὖ ψυχικαῖς ἀρεταῖς ἠνθισμένον,
ἀγαθόν, εὐέντευκτον, ἱλαρὸν τρόπους.
τούτῳ τὸ κάλλος προξενεῖ κράτους στέφος·
3010 *γένους γὰρ ἐκφὺς εὐτελῶν καὶ ξυγκλύδων,*
κάλλους δ' ἔχων εὖ καὶ μελῶν εὐκοσμίας,
ἐρώμενος δέδεικτο τῆς βασιλίδος,
κἀντεῦθεν ἀνήνεκτο καθάπαξ φάναι
εἰς ὕψος οἷον καὶ θρόνον κραταρχίας.
3015 *πλὴν γνοὺς Ῥωμανὸς ὡς ἐνῆν πεπραγμένα,*

2996 intellige epistulam ad Abgarum regem Edessenum; quae recitatur ab Eusebio Caesariensi hist. 1 13 et a Mose Armenio hist. 2 29. quamobrem res quidem iamdiu notissima erat; Ephraemius autem loquitur de ipso, si credere fas est, autographo. M. 3000 *ἅπαντα* V

Edessam cepit; (2995) ibique autographum, immo theographum repertum Christi domini epistolium donum gratissimum misit ad Caesarem.

Hoc imperante terrae motus accidit, quo domorum numerus ingens corruit, (3000) quas omnes liberaliter refecit Caesar.

Exin tabido morbo multiformi filum abrumpi sibi vitae sensit.

Michael Paphlagon an. 7.

Tum Zoë regina Caesarem dixit amasium suum Michaelem Paphlagonem, (3005) formoso vultu venustoque praeditum, rarum naturae veluti figmentum, insuper animi florentem virtutibus, bonum et comem et moribus hilarem. huic forma scilicet regium stemma contulit: (3010) vili namque stirpe plebeiaque erat, sed venustate praestans atque elegantia amorem sibi reginae conciliavit, atque hinc conscendit, ut strictim dicam, tantum in fastigium regnique thronum. (3015) quem cum amorem

ἔτι περιὼν καὶ κρατῶν εὖ τοῦ κράτους,
πίστεις παρέξειν ὁρκίοις φρικαλέοις
Μιχαὴλ ἠνάγκασε μηδὲν εἰδέναι·
ὁ δ' εὐπετῶς δέδρακε μὴ δείσας δίκην.
ὅθεν τι δαιμόνιον ὡς Σαοὺλ πάλαι
ἐνσκῆψαν αὐτῷ συνέπνιγεν ἀθλίως,
ὡς ἦν ἀκούειν, τῆς ἐφορκίας χάριν.
ὅμως διεῖπεν εὐτυχῶς τὰ τοῦ κράτους,
καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ στρατηγῶν ἐκκρίτων
ἠμύνετ' ἐχθρούς, καὶ δορυκτήτους πόλεις
αἱρῶν ὑπῆγε τῷ κράτει τῶν Αὐσόνων.
ἐκ τῆς δ' Ἀφρικῆς αὖθις ἐκπλεύσας στόλος,
νήσους τε κακῶν καὶ παραλίους τόπους,
Ῥωμαϊκῷ πᾶς κατεποντώθη στόλῳ.
καὶ Μανιάκης εὐσθενὴς στρατηγέτης
ἑλὼν Σικελῶν νῆσον ἐν στρατηγίαις
ταύτην καθυπέταξε τῇ κραταρχίᾳ.
Μικροῦ δ' ἂν εἶλεν Ἐδεσσηνῶν τὴν πόλιν
Ἀρραβική τις δραματουργία τότε,
εἰ μὴ θεός γ' ἔσφηλεν αὐτὴν αὐτίκα.
μεγιστᾶνες γὰρ Ἀρράβων ἐθναρχίας
πόλει προσῆλθον δώδεκα τῆς Ἐδέσης
πλασάμενοι δῶρ' ἅττα βασιλεῖ φέρειν,
πεντακοσίας καμήλων ἡγούμενοι,
ἄχθος φερουσῶν καθ' ἑκάτερον μέρος
θίβας μεγίστας, αἷς ἐνῆν τις ὁπλίτης·

3039 *τῶν καμήλων* V

Romanus rescivisset, superstes adhuc et imperium retinens, sacramento adstrinxit Michaelem ut adfirmaret nihil se tale scire. ille iuravit facile, haud verens deum. (3020) quamobrem daemon irruens in ipsum, veluti Saulem quondam, suffocabat, prorsus, ut fama erat, periurii causa. feliciter is tamen imperium rexit: ipse enim, vel per delectos duces, (3025) pulsavit hostes, et vi captas urbes denuo Romano subdidit imperio. en vero ex Africa rursus profecta classis, insulis nocens maritimisque locis, cuncta a Romanis mersa fuit liburnis. (3030) tum etiam strenuus dux Maniaces Siculam armis expugnatam insulam Romano vectigalem imperio reddidit.

Sed parum abfuit quin Edessenam urbem Arabum quoddam strategema caperet, (3035) nisi artificium irritum deus fecisset. namque optimates Arabes duodecim ad Edessenam urbem accesserunt, dona se ferre Caesari simulantes, quingentosque camelos prae se agebant, (3040) onere utrimque singulis imposito, maximis cistis cum

ὅπερ δολίως ἱκέτευον εἰς πόλιν
συνεισαγαγεῖν Θήβας ἑσπέρας σφίσιν,
ὡς νυκτὸς αὐτοῖς τὸ δρᾶμα λάβῃ πέρας.
οὔπω δὲ τοῦτ' ἔσχηκε βαρβάροις τέλος,
καὶ δρᾶμα γνωσθὲν εἰς κακὸν ἀντεστράφη
τοῖς ἐλλοχῶσι καὶ συνίστορσι δόλου·
πάντες γὰρ ἀνῄρηντο Ῥωμαίων σπάθῃ.
Ἐπεὶ δὲ τετρύχωτο Μιχαὴλ νόσῳ,
λύσιν δ' ἑώρα καὶ τομὴν ἐγγὺς μόρου,
τὴν βασιλικὴν παριδὼν ἁλουργίδα
καὶ βασιλείου σύμβολα πάντα κράτους,
ἐκ βασιλείων ἀπανίσταται δόμων
καὶ τὴν πρὸ τειχῶν εὐαγῆ μονὴν φθάνει,
ἣν αὐτὸς ἀνήγειρε δυσὶ συγγόνοις
Θαυματοβρύταις ἁγίοις ἀναργύροις·
ἔνθα καταχθεὶς καὶ καρεὶς καλὴν κόμην
τὸ κατὰ Χριστὸν ἐνδιδύσκεται ῥάκος.
εἶτα μετὰ βράχιστον ἐκλείπει βίον,
Θερμῆς δεδειχὼς τῆς μετανοίας τρόπους.

Μιχαὴλ ὁ καλαφάτης μῆνας δ'.

Καὶ πάλιν ἦκε πρὸς βασιλίδα κράτος,
ἥτις ὑπούλοις καταθελχθεῖσα λόγοις
ὅρκοις τε φρικτοῖς καὶ τινῶν συμβουλίαις
στέφει Μιχαὴλ Καίσαρα βασιλέα

3056 intellige ss. Cosmam et Damianum. M.

incluso milite. ergo dolose poscebant urbem ingredi, cistasque secum sub vespera inferre, nempe ut per noctem dramatis finem facerent. (3045) antequam tamen barbaris fraus succederet, comperta res convertit in exitium, atque in dolosi caput ruit dolus: etenim cunctos Romanus ensis messuit.

Deinde Michael morbo vexatus gravi (3050) finemque vitae proximum aspiciens, regiae despiciens purpurae fulgorem suaeque dignitatis insignia reliqua, regali maluit palatio digredi, ac suburbanum monasterium adiit, (3055) quod ipse aedificaverat duobus fratribus, mirificis sanctis Anargyris; in quo receptus, pulchra caesarie tonsa, pauperem, Christi amore, saccum induit. sed enim mox citissime vita excessit (3060) editis fervidae signis paenitentiae.

Michael Calaphates mens. 4.

Rursus imperium ad reginam devolvitur, quae fraudulentis delenita sermonibus, iuratis verbis et quorumdam consiliis, Caesarem regemque

καὶ κράτορα δείκνυσι τῆς Ῥωμαΐδος,
ἄνδρα ῥυπαρόν, δυσγενῆ, φαύλου γένους,
κἀκ τῶν τρόπων κάκιστον ὄντα τὸ πλέον,
ὕπουλον, ἀχάριστον εἰς εὐεργέτας,
ἀγνώμονα, βάσκανον, ὀργίλον φύσει,
τὴν γλῶτταν ἀντίφθογγον αὐχοῦντα λόγοις·
ὅστις ἐπείπερ ἐγκατεστάθη κράτει,
τὸ συγγενὲς μέτεισιν οἰκεῖον γένος,
ἀποστερῶν σφᾶς ἀρρενωπίας ὕλης,
κἂν ἦν ὑπηνήτης τις ἢ γήμιας πάλαι.
καὶ μητράδελφον ἐξόριστον δεικνύει,
δι' οὗ τὸ βασίλειον εὗρατο κράτος.
εἶτ' ἀπελαύνει τῶν ἀνακτόρων βίᾳ
δέσποιναν αὐτοῦ κυρίαν εὐεργέτιν,
κείρει τε ταύτην καὶ κατακλείει τέλος
νήσῳ Πριγκίπου, συκοφαντίας πλάσας.
ἃ δῆμιον ἐξέμηνε μαθόντα τάδε·
καὶ τῷ τυχόντι δεξιὰν πᾶς ὁπλίσας,
ὡς σμῆνος οἷον τῶν μελισσῶν, συνέθει
τῶν βασιλείων εὐθὺ σὺν προθυμίᾳ.
ἀνερράγη γοῦν ἐμφύλιός τις μάχη,
καὶ πλῆθος οὐ βράχιστον ἐν τῇδ' ἐφθάρη.
τέως Μιχαὴλ ἀπορρηθεὶς τοῖς ὅλοις,
μέλαν τι τριβώνιον ἐνδὺς ἀθλίως,
μονῇ Στουδίου προσπεφευγὼς ἱκέτης
ὑπεισέδυ τράπεζαν ἱλαστηρίου·
ἧς ἐκβαλόντες ἐκτυφλοῦσιν ἀθλίως.

cum Caesare exercitus gressurus erat, veniens Myriocephalo. illuc Sultanus suas copias coniicit, (4425) more barbarico latens in insidiis, ut mox dolose Romanos invaderet. est autem locus undique praeruptus, angustus valde et prorsus impervius, Taenarus infernus, Charontis campus, (4430) vallis difficiles ducens in anfractus. illapso igitur in angustias exercitu, velites quidem et ordinum praefecti, queis praecedendi ceteris cura data, praetereuntes sine damno locum (4435) ad spatiosa tuti devenerunt. at imperator in extremo agmine, post iam exortos insidiis barbaros telaque in ipsum saxaque iacientes, utpote acclivi ex utroque latere, (4440) nec iter persequi facile poterat, nec propulsare a semet periculum. nec quisquam aliquid agere in exercitu milite dignum strenuumque poterat, curribus bobus machinisque bellicis (4445) aggeris instar viam impedientibus. a tergo autem Persicus exercitus nimborum instar iacula coniiciens arduum prorsus reddebat regres-

ἔπιπτε τοίνυν βοῦς ἅμα βοηλάτῃ,
ἵππεὺς σὺν ἵππῳ συναπέψυχον βίᾳ
ἐν Περσικῷ βλήματι θανατηφόρῳ,
καὶ πάντες ἐσφάττοντο κατὰ πληθύας
ὡς ἀγέλη τις θρεμμάτων φεῦ ἀλόγων,
καὶ πάντες ἐφθείροντο συγκεκλεισμένοι
ἐν δυσπορεύτῳ δυσβάτῳ τε χωρίῳ.
τῶν νεκριμαίων σωμάτων αἱ κοιλάδες
τέμπη τε καὶ σήραγγες ὑπῆρχον πλέαι.
προύβαινον, οἴμοι, ῥύακες λύθρων ὅλαι
ἐξ ἀλόγων αἵματος, ἐκ βροτῶν ἅμα,
καὶ πάντα μεστὰ συμφορᾶς ἦν καὶ γόων.
καὶ ταῦτ' ἐδρᾶτο κράτορος δεδορκότος
καὶ συμπαρόντος, μὴ σθένοντος δ' ἀμύνειν,
ἐν χρῷ δὲ μᾶλλον κινδύνου πεφυκότος.
μόλις μετὰ τραύματα, τῷ θεοῦ σθένει,
ὅμως διαδρὰς τὰς λαβὰς τῶν βαρβάρων
θεοῦ συνάρσει καὶ κραταιᾷ δυνάμει,
σκιὰν ὑπελθὼν ὁ κρατάρχης ἀχράδος,
ἰσχὺν καμοῦσαν ἀνεκτᾶτο μετρίως,
πρὸς δ' αὖ ἑαυτὸν ὡς ἐνῆν ἀναψύχων,
μὴ σώματος φύλακα, μὴ δορυφόρον
ἔχων συνεστῶτά γε τῷ τηνικάδε.
οὕτω δ' ἔχοντα κατιδών τις ἱππέων
Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος, ἀσήμου γένους,
τῆς συμφορᾶς ᾤκτειρεν αὐτὸν τῆς τότε·
ὅθεν προσελθὼν ἀσμένως στεφηφόρῳ

sum. cadebat ergo bos cum bubulco suo, (4450) cum equo eques exspirabat misere Persarum telis confixus mortiferis; atque turmatim caedebantur omnes tanquam brutarum grex beluarum, et circumclusi feriebantur cuncti (4455) imperviis in furcis et sine exitu. et plenae valles erant cadaveribus faucesque hiantes montium et cavernae. rivi cruoris decurrebant heu! mixto brutorum hominumque sanguine. (4460) cuncta erant plena miseriae et gemituum. atque haec fiebant Caesare spectante qui suis nullam ferre opem poterat. quin summo erat ipse in discrimine: nam post accepta vulnera, deo favente, (4465) vix barbarorum manibus elapsus, dei profecto auxilio et magna ope, piri silvestris umbram imperator subiit, fessas refecitque vires, solus, ut poterat semet refocillans, (4470) orbatus omni corporis custode, nullo cum armis milite praesente. sic solitarium conspicatus quidam exercitus Romani gregarius eques, acerbi casus misericordia tactus (4475) ad Caesarem ac-

διακονεῖν ἤρεῖτο τὰ κατὰ σθένος,
καὶ τῇ κεφαλῇ κυνέην συνηρμόκει
τῆς ἐν κεφαλῇ παρακλίνασαν ἕδρας,
καὶ σύμμαχος δ' ἦν τῆς ἐνεστώσης τύχης.
τούτου βασιλεὺς εἰς χεῖρα λαβὼν δόρυ
Πέρσας ἐπ' αὐτὸν εἰσρέοντας ἁπλέτους
καὶ τόνδ' ἐλεῖν σπεύδοντας ἢ καὶ κτιννύναι
ἀπώσατο σφᾶς τῇ θεοῦ συμμαχίᾳ,
καὶ διαπείρει τῶν ἐπιόντων ἕνα,
ἄλλον τε πάλιν ἱππότης κτείνει ξίφει.
μετ' οὐ πολὺ δὲ τῶν ὁπλιτῶν Αὐσόνων
περὶ κρατοῦντα συναλισθέντων δέκα,
σὺν τοῖσδε τὴν ἔμπροσθεν ἦνυσε τρίβον,
τοῖς φθάσασι τάγμασι συμμῖξαι θέλων.
πρὶν ἢ δὲ ταῦτα συμπεσεῖν, ὑπ' ἀχράδα
ἑαυτὸν ἀνέψυχεν ὡς εἶχε κράτῳ·
Πέρσης δ' ἐπελθὼν εἶλκεν αὐτὸν ἡνίας,
ὁ δ' αὖ κεφαλῆς κατενεγκὼν καιρίαν
δορατίου τμήματι τοῦ μετὰ χέρας
τοῦτον θανατοῖ, καταλαβὼν εἰς χθόνα.
Ἔπασχε δὲ τάγματα χειρόνως λίαν,
ὅσα γε συγκέκλειστο τῇ δυσχωρίᾳ,
καὶ πλὴν ὀλίγων πάντα κακῶς ἐφθάρη·
εἰ γὰρ παρῆλθον καὶ φάραγγα τὴν μίαν,
ἀλλά γε λοιπὰς οὐκ ἐνῆν διεκδῦναι
ἀκινδύνως ἔξ τὰς ταφρώδεις κοιλάδας,

4494 τῷ V

cessit prompto animo, opemque ferre pro viribus coepit; atque illi in capite galeam composuit quae capitalia prohiberet vulnera, praesentisque socius fortunae aderat. (4480) huius correpta imperator lancea plurimos Persas contra se ruentes, ut vel captivum ducerent vel occiderent, reppulit omnes numinis auxilio; atque unum quidem ipse irruentem fixit, (4485) alium similiter eques ense occidit. paulo post circa Caesarem armati decem de nostro exercitu adstiterunt, cum quibus iter reliquum coepit prosequi, praeviis coniungi cupiens ordinibus. (4490) sed haec priusquam fierent, atque Caesar solus sub piro adhuc se reficeret, Perses accurrens hunc trahebat loro: sed imperator Persae caput ictu mortali vulneravit hastae fragmine, (4495) eumque exanimatum stravit humi.

Ergo miserrime tunc laboravit in illis furcis clausus exercitus, paucisque exceptis perierunt cuncti. nam etsi anfractum unum transierant, (4500) adhuc supererant ad evadendum omne periculum sex profundae

Περσῶν ἐφεστώτων γε ταῖς διεξόδοις.
πρὸς τοῖσδε καὶ πνεύσαντος ἀνέμου τότε
καὶ θῖνα βαθεῖάν γε παρακειμένην
ἐκ γῆς ψαμμώδους ἀνακυκῶντος βίᾳ
δεινῶς τ' ἀναφέροντος εἰς ὕψος μέγα,
καὶ νύκτα δρῶντος ἀτεχνῶς τὴν ἡμέραν,
Ῥωμαϊκαὶ φάλαγγες, ὡς δὲ βαρβάρων,
φύρδην ἀναμὶξ συμπλακεῖσαι πρὸς μάχην
ἐν νυκτομαχίᾳ καθὰ καὶ σκότει,
ἔκαινον ἀπέσφαττον ἀλλήλους ξίφει,
μηδὲν διακρίνοντες ἐξ ἀβλεψίας.
ἐπῆγε φίλος τὸ ξίφος κατὰ φίλου,
καὶ βάρβαρος δ' ἔσφαττε τὸν συμφυλέτην
ὡς ἀντίμαχον δυσμενῆ κακεργάτην,
ὥστ' ἀτεχνῶς φάραγγα πεπλῆσθαι τάχα,
ὡς τις βλέπων ἔφησε κατ' ἄλλον λόγον,
τῶν νεκριμαίων πτωμάτων καὶ σωμάτων
τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναμὶξ καὶ βαρβάρων,
καὶ θνησιμαίων παντοδαπῶν ἀλόγων,
ἵππων βοῶν ὄνων τε σὺν ἡμιόνοις,
τάφον τε κοινὸν τοῖς ὅλοις χρηματίσαι,
μᾶλλον πολυάνδριον, εἰ χρεὼν φάναι,
ἐκ γηγενῶν πάμμικτον ἀλόγων θ' ἅμα.
πεπτώκασι πλείους δὲ Ῥωμαίων μάχῃ,
καὶ τῶνδε πλείους τοῦ βασιλείου γένους.

4506 *ἀναφέροντα* V 4510 *καθάπερ?* 4517 sine dubio designat Ephraemius Nicetae Choniatae historiam 6 3, ubi haec ipsa partim verba leguntur. se autem interfuisse rebus gestis Manuelis Caesaris, ait ipse Nicetas in historiae prooemio. M.

valles, quarum Persae obsidebant exitus. praeterea validus spirabat ventus, qui circumiectum pulverem multum (4505) ex arenoso solo sustollens late spargebat cum molesto turbine, diemque noctis instar efficiebat. quare Romanus miles cum barbaro tumultuario conflictu mixtus (4510) tanquam in nocte pugnam conserebat. caedebant invicem et iugulabant, nullum discrimen patiente tempore. sic ergo amicus amicum feriebat, barbarus occidebat gentilem suum (4515) quasi sibi adversarium et maleficum. sic vallis indiscretim complebatur, ut quidam dicit oculatus testis, scriptor historiae, mortuis corporibus Romanorum pariter ac barbarorum (4520) cum interfectis variis animalibus, equis ac bobus, asinis, mulabus, quasi in communi conditis sepulcro. immo erat hominum coemeterium, si fas ita loqui, admixtis beluis. (4525) Romani sane perierunt plurimi, quos inter ingens regiae stirpis numerus.

Καὶ ταῦτα μὲν πέπρακτο τόνδε τὸν τρόπον·
ὁ δ' αὐτοκράτωρ, ὡς ἔφην, ἠπειγμένος
ἵλαις συνελθεῖν ταῖς προηγησαμέναις,
Τούρκοις πορείας εἴργεται τῆς εἰς πρόσω,
οὐδὲν δὲ μεῖον καὶ κολωνοῖς πτωμάτων.
ὅμως διελθὼν δυσπόρους μόλις τόπους
καὶ τὸν παραρρέοντα χειμάρρουν ῥόον,
καὶ στῖφος ἄλλο Ῥωμαϊκὸν ἁλίσας,
ὡς εἶχε, διήντε τὴν προκειμένην.
ὃν παριόντα βαρβαρική τις φάλαγξ,
ἵπποις ὁπλισμοῖς ἐκπρεπὴς Ἀρραβίοις,
ἰδοῦσ' ἐπ' αὐτὸν ἐμμανῶς πως συνέθει,
ὡς θήραμα σπεύδουσα τόνδ' ἑλεῖν τάχα.
ὁ δ' ἀρρενώσας τῶν συνόντων τὰς φρένας
ὁδοστάτας ἤτησε ῥᾷστα βαρβάρους.
κατὰ βραχὺ δὲ συμπροϊὼν καὶ βάδην,
νῦν μὲν νόμῳ μάχης τε καὶ μεθ' αἱμάτων,
ἐνιαχοῦ δὲ καὶ μάχης πάλιν δίχα,
τρισάσμενος μέμικτο τοῖς ποθουμένοις,
οὐ μᾶλλον αὐτῶν δυσχεραίνουσι χάριν
ἢπερ δι' αὐτὸν μὴ παρόντα ταῖς ἵλαις
ἀγωνιῶσι καὶ δεδοικόσι σφόδρα.
Μήπω δὲ τοῖς τάγμασι συμμίξας κράτωρ,
ἀλλ' ἐν παραρρέοντι χειμάρρῳ πέλων,
πιεῖν ὕδωρ ἤτησε, διψήσας μέγα·
καί τις ὕδωρ ἤνεγκεν αὐτῷ πρὸς πόσιν.
σπάσας δὲ τοῦδε καὶ περικλύσας στόμα

Atque haec talem habuerunt exitum. imperator autem dum conatur assequi legiones suas, ut dixi, praecedentes, (4530) a Turcis vetabatur ulterius progredi, nec acervatis minus cadaveribus. tamen difficiles eluctatus locos, nec non torrente superato fluvio, alio et adiuncto Romanorum globo, (4535) viam, ut poterat, absolvebat reliquam. quem transeuntem conspicata phalanx Arabum equitum, splendide ornatorum, ruit in ipsum violento cursu ut quasi praeda potiretur ilico. (4540) is vero hortatus animos suorum barbaricum manipulum vicit facile. paulatim autem lenteque progrediens, modo cruenta pugna decertans, modo etiam hoste liber, ad extremum (4545) magno cum gaudio ad suos pervenit, qui quidem nihil gravius dolebant, quam quod cum ipsis non adesset Caesar, summoque erant metu solliciti.

Antequam autem misceretur suis (4550) Manuel, rivos decurrentes nactus aqua levare depoposcit sitim; cumque ei quispiam aquam obtulisset, hac summis labris leviter gustata, statim ex ore reliquam proie-

τὸ λοιπὸν ἐκ στόματος ἐκχεῖ σὺν τάχει,
ὡς τοῦ ποθέντος μὴ κατωλισθηκότος
δι' οἰσοφάγου πρὸς τὰ κάτω κοιλίας.
εἶτα ποτὸν γνοὺς συμπεφυρμένον λύθρῳ
ᾤμωξεν, εἰπὼν οὐ καλῶς γεγευκέναι
ὑδατοφύρτων Χριστιανῶν αἱμάτων.
καί τις παρεστὼς ἰταμὸς θρασὺς τότε,
τὴν γλῶτταν ἀκόλαστος, ἀναιδής, λάλος,
κατὰ Σεμεεὶ λοιδορεῖν εἰθισμένος,
Χριστῷ κυρίου λοιδορούμενος λέγει
"οὐκ ἄρτι πρώτως ἀλλὰ πολλάκις, ἄναξ,
πλήρη κρατῆρα Χριστιανῶν αἱμάτων,
ὑπήκοον πᾶν καλαμώμενος, πίνεις·
ἢ καὶ πεπείρους καθὰ συνθλίβων βότρυς,
εἰσπράξεσι φόρων τε καὶ τελῶν βάρει
αἵματος αὐτῶν ἐμφορῇ κατακόρως."
ὁ δ' ἡμέρως ἤνεγκε τὴν παροινίαν,
ἀνεξικάκως τονθορύσας μηδ' ὅλως,
μηδ' ὑπ' ὀδόντα γρύξας ὁ πραΰς ἄναξ.
καὶ πάλιν αὐτοῦ καθορῶντος θυλάκους
τοὺς τοῦ χρυσοῦ φύλακας ἐκρηγνυμένους
ἐκ θρασύτητος καὶ βίας τῆς βαρβάρων,
καὶ τοὺς ἑαυτοῦ ῥωννύοντος ὡς δέον
ἐπεισπεσεῖν τε σφίσι καὶ κτᾶσθαι τάδε
ἄμεινον αὐτῶν συμφερώτερον πάνυ,
αὖθις ἐπιστὰς ὁ θρασὺς μωμοσκόπος
ἐλοιδορεῖτο τῷ κρατάρχῃ καὶ πάλιν,

cit, (4555) ceu si potus ille non descenderet ad imum stomachum renitente oesophago. mox ubi agnovit tinctam aquam tabo, ingemuit, sibi haud placuisse dicens aquam Christiano sanguine foedatam. (4560) tum quidem praesens importunus audax impudens blatero et lingua intemperans, Semei novellus, conviciari solitus, sic Christo domini coepit maledicere. "haud nunc primum, sed antea saepe, (4565) plenum cratera Christianorum sanguine bibisti, subditos divexans populos maturus veluti racemus comprimitur, per tributorum gravium exactiones potans illorum abundanter sanguinem." (4570) tulit patienter Caesar hanc vesaniam, nec contra quidem quicquam mussitavit mitis monarcha, nec infrenduit dentibus. iterum Caesar cum videret sacculos publici nummi custodes diripi (4575) a persequentium barbarorum impetu, atque ad tutelam hortaretur suos, ut aliena pulsa vi servarent futuram ipsis utilem pecuniam, denuo adstans ille audax nebulo (4580) novo convicio

ἄνακτι Δαβὶδ Σεμεεὶ καθὰ πάλαι·
"ἑκὼν πρὶν ἐχρῆν ταῦτα Ῥωμαίοις νέμειν,
οὔκουν γε νυνί, δυσχερὴς κτῆσις ὅτε.
εἰ δ' αὐτὸς ἀνὴρ τυγχάνεις ὢν ἰσχύος,
ἥρπαγμέν' ἀνάσωσον Αὐσοσι πάλιν."
ὁ δ' αὖ προσηνῶς κερτόμιον φέρει λόγους
ὡς κωφὸς αὐτόχρημα, μὴ κλύων ὅλως.
Ἐπεὶ δὲ παύει νὺξ ἐπελθοῦσα μάχην,
καθῆστο πᾶς ἔμφροντις, ἀσχάλλων μέγα,
ἐν νῷ προαθρῶν τὸν προκείμενον μόρον.
ὁ δ' αὐτοκράτωρ τῆς φρενὸς καὶ τοῦ κράτους
ἀναξίαν ἔφρασε βουλὴν ἐν μέσῳ,
οἷς εἶχε θαρρεῖν ἀνδράσι βουληφόροις.
ἦ δ' ἦν λαθραία δυσκλεὴς φυγὴ νύκτωρ,
ψυχῶν δὲ λοιπῶν ἐπαγωγὴ πρὸς μόρον
πρὸς αἰχμαλωσίαν τε δυστυχεστάτην.
ἦν πᾶς διωλύγιον ᾤμωξε κλύων,
καὶ βαρέως ἤνεγκε τὰ δεδογμένα,
παραφρονοῦντος, οὐχ ὑγιοῦς δεσπότου
τὸ σκέμμα κρίνας καὶ κατακρίνας πλέον.
τούτοις μαλαχθεὶς Μανουὴλ τὴν καρδίαν,
καὶ σχὼν λογισμὸν ποιμένος καὶ προστάτου,
πάντ' ὤπτο καὶ δρῶν καὶ λέγων πρὸς συμφέρον.
θεὸς δ' ὁ ποιῶν πάντα καὶ μετατρέπων,
ὁ μαστιγῶν τε καὶ θεραπεύων πάλιν,
ὁ θανατῶν τε καὶ πνοὴν αὖθις νέμων,
ὁ ῥάβδον ἀφεὶς ἀσεβῶν οὐκ εἰς τέλος

regem verberabat, velut ille Simei quondam Davidem. "sponte oportebat hunc nobis antea nummum dare, non nunc aegre recipiendum. quodsi tu validus vir es et frugi, (4585) raptam recupera nobis pecuniam." Caesar tranquille conviciantem pertulit, praeteriitque verba surdis auribus.

Sed postquam pugnam nox diremit, sedebat unusquisque valde maerens, (4590) mente praesentem fati vim revolvens. tum Caesar animo et dignitate sua indignam prorsus protulit sententiam inter adstantes viros consiliarios: nempe nocturnae auctor erat fugae, (4595) fato permissa reliqua multitudine miserrimaeque captivitati. quam quisque audiens magnopere ingemuit, aegroque tulit animo sententiam, idque consilium veluti insanientis (4600) Caesaris iudicans ultro reprobavit. ergo iam mentem Manuel immutans seque pastorem atque ducem praebens exin saluti consulebat publicae. sed deus auctor mutatorque rerum, (4605) plagas imponens vicissimque curans, mortificans et vitam rursus

κλήρῳ δικαίων καὶ λάχει χριστωνύμων,
ὁ πρὶν λεόντων ἡμερώσας τὸ θράσος
ἵν' ἀσινὴς γένοιτο δίκαιος πάλαι,
κἀκεῖνος οὗτος ἡμεροῖ τοῦ βαρβάρου
τὴν θηριώδη καὶ φονῶσαν καρδίαν.
πρεσβείαν οὐκοῦν ἐκπεπομφὼς σουλτάνος
σπονδὰς ἀπαιτεῖ καθαρὰς καὶ φιλίαν.
καὶ σπένδεται δὴ βασιλεὺς τῷ σουλτάνῳ·
εἶτ' ἀπαναστὰς τῶν στυγητῶν χωρίων,
δι' ἧς προῆκεν ἀσμένως ὑποστρέφων,
οἰκτρὸν βλέπει θέαμα, μεστὸν δακρύων,
καὶ συμφορὰν οἰκτιστον, ἀξίαν γόων,
τραγῳδίαν τ' ἄρρητον. ὤμοι τοῦ πάθους,
Ἱερεμίου τῆς φιλοίκτου καρδίας
τῇδ' ἂν ἀποχρήσοντος εἰς θρηνῳδίαν,
ὃς ἐξισοῦν κάτοιδε πάθεσι γόους.
ὤρωντο γὰρ φάραγγες ἅλση κοιλάδες
πεδία τέμπη καὶ νάπαι καὶ χαράδραι
τῶν νεκριμαίων σωμάτων πεπλησμέναι,
ὡς εἰς κολωνὸν ὑπερανῳκισμέναι.
καὶ κειμένων πᾶς ἦν σεσυρμένος δέρας
τὸ τῆς κορυφῆς καὶ φαλοὺς τετμημένος,
ὡς ἦν ἀκούειν, βαρβάροις πεπραγμένον,
ὡς ἂν τὸ νικῶν ἀμφίδοξον τυγχάνῃ,
ἑκατέρωθεν μυρίων πεπτωκότων.
Ὅμως βασιλεὺς πεφθακὼς Χώνας πόλιν

tribuens; qui virgam impii non sinit perpetuam contra iustorum sortem Christianorum; olim leonum qui inhibuit impetum, (4610) ut iustus ille maneret incolumis; idem nunc barbari ferinam regis et sanguinariam mitigavit indolem. itaque missis Sultanus legatis sincerum foedus amicitiae obtulit. (4615) sic inter Caesarem pax Sultanumque convenit. inde digressus, per infaustos locos quibus processerat, nunc lubens revertitur Manuel, et cernit lugubre spectaculum, dignam infinitis stragem lacrimis, (4620) malorum ineffabilem tragoediam, cui gemebundum Hieremiae pectus pro merito deflendae opus foret, atque exaequando lacrimis tanto malo. nam videre erat foveas, lucos, valles, (4625) campos, saltus, voragines, fauces montium, interfectis corporibus oppletas, quorum acervi passim consurgebant. iacentium autem cutis detracta erat capitibus, et virilia quoque exsecta; (4630) barbarorum opus, ne circumcisus victor a victo incircumciso iam differret, quoniam utrinque innumeri ceciderant.

Denique Caesar Chonas urbem tenuit, ibique requievit cum omni

ἐκεῖσ᾽ ἐνηυλίσατο σὺν πάσαις ἴλαις,
αὐτόν τε στρατὸν ἀναπαύων ἐκ πόνων.
εἶτ᾽ εἰς Φιλαδέλφειαν ἦκε τὴν πόλιν,
κἀκεῖ διατέτριφε συχνὰς ἡμέρας·
ἀφ᾽ οὗ πεπομφὼς ἀγγέλους Βυζαντίοις
τὰ συμβεβηκότα γε πάντα μηνύει
καί γ᾽ ἐκτραγῳδεῖ συμφορᾶς ὄγκον λόγῳ.
ἐπεὶ δὲ Δορύλαιον οὐ κατεσκάφη,
καταστροφῆς γε κειμένης ἐν ὅρκίοις,
πρεσβεύεται δὴ πρὸς κρατοῦντα σουλτάνος,
καὶ τῶν πρὸς αὐτὸν ἀνέμνησεν ὅρκίων·
ὁ δ᾽ οὐ προσίσχειν τοῖς κατ᾽ ἀνάγκην φράσας
πρέσβεις ἀπράκτους ἐξαποστέλλει πάλιν.
μανεὶς δ᾽ ὁ Πέρσης, στρατιὰν ἀποκρίνας
πρὸς εἴκοσι τέτταρας ἀριθμουμένην
ἐς χιλιάδας, εὐσθενῆ, ῥωμαλέαν,
καὶ ταγματάρχην τῇδ᾽ ἐπιστήσας ἕνα
τῶν ὑφ᾽ ἑαυτὸν ἐκπρεπῶν μεγιστάνων,
κατ᾽ ἀστέων πέπομφε τῆς Ῥωμαΐδος
τῶν πρὸς Μαιάνδρῳ τῷ ποταμῷ κειμένων·
ὃς καὶ παρεστήσατο Τράλλεις τὴν πόλιν
Λοῦμά τ᾽ Ἀντιόχειαν τὴν πρὸς Φρυγίᾳ
καὶ Πεντάχειρα σὺν ἐρύμασιν ὅσοις,
κώμας σκυλεύσας καὶ παραθαλαττίους.
ἀλλὰ βασιλεὺς ἐκπεπομφὼς δυνάμεις
ἴλας τε συχνὰς καὶ καλοὺς στρατηγέτας
ἠμύνατ᾽ ἐχθροὺς ἀνελὼν κατὰ κράτος,

exercitu, (4635) semet et militem relaxans laboribus. Philadelphiam postea progressus ibi permultis perstitit diebus. illinc praemissis nuntiis Byzantium omnem rei gestae ordinem exponit, (4640) et dirum casum verbis non imminuit. tum quia Dorylaeum non diruerat, cuius eversio rata erat foedere, misit legatos Sultanus ad Caesarem, qui de iurata admonerent fide. (4645) Caesar coactis non standum dicens legatos re infecta ad eum remisit. Persa furens, iterum collecto exercitu, viginti quattuor armatorum milibus ex validiore delectorum numero, (4650) praeponens ipsis bello gerendo ducem de suis nobilibus satrapis unum, mittit in nostrae dicionis urbes quae ad Maeandrum flumen sunt positae. is dux Tralles urbem sibi vindicat, (4655) Luma et Antiochiam in Phrygia sitam, item Pentachira cum castellis aliquot, atque maritimos populatur pagos. sed Caesar missis suis exercitibus, multis legionibus cum egregiis ducibus, (4660) hostes praevalida manu cecidit;

ὡς ἐκ τοσούτων ἰσχῦσαι βραχυτάτους
τὸν ἐκ ξίφους θάνατον ἐκπεφευγέναι.
πολλὴν δὲ τουτὶ τὴν ἀνάρρωσιν φέρει
τοῖς Αὐσόνων πράγμασι τοὔργον τῷ τότε,
φρόνημα Περσῶν καταβαλὸν καὶ θράσος.
Τούτου κρατοῦντος καὶ πόλις ἡ Κλαυδίου
ἔπασχε κακῶς βαρβάροις τοῖς ἐξ Ἄγαρ·
ὃ γνοὺς Μανουὴλ εὐσταλῶς μάλ᾽ αὐτίκα,
ὡς εἶχεν, ἐξώρμησεν εὐθὺ φρουρίου,
ἀνακτορικὴν οὐ κλίνην, οὐ στοιβάδα,
ἀλλ᾽ οὐδὲ βασίλειον αὐλαίαν φέρων
ἐν τῷ προφθάσαι τειχομαχοῦντος θέλειν.
οὐκοῦν ἰαύων ἀΰπνους καὶ τὰς νύκτας
ἐχρῆτο φωτὶ πρὸς πορείαν λαμπάδων,
διὰ Βιθυνῶν δυστιβήτων χωρίων
σφοδρῶς ἐλαύνων τὸν προκείμενον δρόμον.
ὅπου δ᾽ ἐχρῆν γε διαναπαῦσαι δέμας,
ἦν καθέδρα τοὔδαφος αὐτῷ καὶ κλίσις,
πάλιν φορυτὸς ὑπεβέβλητο κλίνη.
καταρραγέντος ὑετοῦ ποτ᾽ οὖν λάβρου
ἐν ᾧπερ ὑπνοῦν ηὐτρέπιστο χωρίῳ,
ταῖς σταγόσιν ἄνωθεν ὠχλεῖτο σφόδρα
καὶ κατιόντι ῥεύματι κάτω κλίνης.
ὁ δ᾽ ὑπερήσθη συμβεβηκότι πλέον
ἢ βασιλικῶν στρωμάτων οἱ κειμένων
ἀνακλιθεὶς ὕπνωττεν ἔξω φροντίδων.
ὅμως πεφθακὼς πλησίον τῆς Κλαυδίου

quorum ex tanto numero paucissimi necis cruentae fatum vitarunt; multamque attulit recreationem rebus Romanis facinus praesens, (4665) quoniam Persarum fregit audaciam.

Sed et Claudiopolis sub idem tempus ab Agarenis tentata est barbaris. cognita re Manuel expedite admodum atque e vestigio itineri se commisit, (4670) sine regali lecto, sine culcita, ne proprium quidem ferens tentorium, dum obsessores satagit praevertere. itaque noctes agebat insomnes, et viae duces adhibebat lampadas (4675) per Bithynorum asperas regiones, valde festinans destinatum iter. sicubi corpori quies tribuenda erat, scamnum praestabat ad residendum tellus, stramineumque supponebat lectum. (4680) ergo quandoque ruente pluvia, sicubi rex decreverat dormire, molestae desuper perluebant guttae et subter rivus aquae decurrebat. attamen Caesar magis his gaudebat, (4685) quam si regali stromate supinus curisque liber somnis indulgeret. tandem progressus prope Claudiopolim barbaros Persas coniecit in fu-

φυγάδας εἰργάσατο Πέρσας βαρβάρους,
ἀστυπολίταις καὶ προσοίκοις δ' αὖ πάλιν
Θάρσος παρέσχε καὶ φάος θυμηδίας.
Οὗτος μονὴν ἤγειρεν ἐν Κατασκέπῃ,
κατ' αὐτὸ Πόντου κειμένην που τὸ στόμα,
τῷ τῶν ἀΰλων στρατιῶν ἀρχηγέτῃ
πιστῶν δ' ὁδηγῷ, Μιχαὴλ πρωταγγέλῳ,
καθ' ἥν τι κτησείδιον οὐδὲν οὐδ' ὅλως
οὔτε πλέθρα γῆς οὐδ' ἀγρούς, οὐ χωρία.
μονοτρόπων δὲ συναγαγὼν προκρίτους
ἐν τῇδε προυνόησεν αὐτοὺς ἀνύτειν
ἀπράγμονά τε καὶ φιλήσυχον βίον,
τὰς σφῶν σιτήσεις καὶ διαίτας δι' ἔτους
κοινοῦ ταμείου θεσπίσας προσλαμβάνειν.
Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις γε θεσμοῦ κειμένου,
κρατοῦντος οἶμαι τοῦδε κἀπὶ βαρβάροις,
τοῖς στρατιώταις τὰς δόσεις ὀψωνίων
ἐκ τοῦ ταμείου παρέχεσθαι δι' ἔτους,
καὶ τοὐσθ' ἀκριβοῦν εἰ πεπείρανται μάχης,
εἰ τόξον εὖ οἴδασιν ἐντείνειν μάλα
δόρυ τε κινεῖν καὶ κραδαίνειν ἐντέχνως,
εἰ σώματος φέρουσι ῥώμην καὶ σθένος
ψυχῆς τε παράστημα πρὸς τοὺς κινδύνους,
κἄτ' ἐγγράφεσθαι σὺν λόγῳ καταλόγοις,
οὗτος σιτηρέσια τῶν στρατευμάτων
κατέσχε λαβὼν ὡς λίαν ἀσυμφόρως,

4695 corruptus locus aut hiulcus.

gam, simulque civibus et agri incolis (4690) fiduciam attulit et lumen laetitiae.

Hic imperator struxit in Catascepe ad ipsa Ponti ostia monasterium duci fidelium Michaeli archangelo atque militiae spiritalis principi: (4695) nil tamen prorsus possidendum tribuit, non agri praedia, non villarum reditus; sed monachorum selectiores congregans, illic eos voluit in coenobio degere curis expertem et quietam vitam. (4700) annui porro victus subsidia publico iussit ex aerario accipere.

Iam cum Romanis aeque barbarisque usque ad hunc Caesarem firma lex fuisset ut cibariorum demensa militibus (4705) exhiberentur ex aerario annua, atque horum peritia exploraretur, num arcum apte in primis scirent tendere, movere hastam et vibrare ex arte; num corpus firmum validumque haberent, (4710) nec non audacem ad pericula animum, atque ita in albo scite scriberentur; hic imperator militum cibaria sustulit, lucro rei publicae damnoso; hisque incolarum pensiones

ἐπινοεῖ δὲ τῶν παροίκων τὰς δόσεις,
καὶ ταῖσδε δίψος σφῶν θεραπεύειν θέλει.
ἐντεῦθεν οὐκοῦν οὐκ ἐπιλέγδην ἅπας
τάγμασι κατείλεκτο τῶν στρατευμάτων,
ἀλλὰ θελήσας ἐγκριθεὶς ἦν αὐτίκα.
ταῦτ' ἄρ' ἀνατέτραπτο τὰ τῶν Ἀυσόνων,
καὶ χειρόνως πάσχουσιν, ὡς ἔστι βλέπειν.
Ἔμφυτον ἄναξ εὐτυχῶν χάριν λόγων
εὐγλωττίας κλέος τε καὶ φρενῶν βάθος,
οὐ λαμπρῶς ἦν συντιθεὶς γράφων μόνον
ἐπιστολῶν χάριτας οἷς δέδοκτό οἱ,
ἀλλ' ὠδίνων γε καὶ κατηχητηρίους
ᾗ παῖδας ἀπέτικτεν εὐγενεῖς λόγους,
οὕς φασι σελέντια, συνετοὺς ἄγαν.
ὁδῷ προϊὼν ἡμιένος καὶ δογμάτων
περὶ θεοῦ λέγειν τι καὶ κλύειν θέλει.
νοῦν δυσεφίκτοις δόγμασι δ' ἐφιστάνων
πεύσεις προσῆγε καὶ λύσεις τούτων πέρι
ὡς ἂν μνηθεὶς πρὸς Χριστοῦ τούτων πέρι.
ζητήσεως οὖν τηνικαῦτα συμβάσης
διεξιόντων γραφικοῦ ῥητοῦ πέρι
ὡς προσδέχεσθαι προσφέρειν τε συνάμα
σάρκα λαβόντα τὸν θεόν τε καὶ λόγον,
καὶ τῶν τότ' ἀνδρῶν ἐν λόγοις τεθραμμένων
ἀποκριθέντων εἰς ἐναντία μέρη,

4714 *τῶν*] *τὰς* V 4723 *οὖκουν?* 4733 ex hoc versu usque ad v. 4751 exstat locus apud Allatium contra Creyght. p. 526. M.

substituit, (4715) quibus ingluviem militum satiaret. hinc nemo rite iam miles conscriptus adlegebatur in copiarum ordines, sed voluntarius quisque fiebat miles; et sic Romana pessum res est data, (4720) et quam videmus patimur ruinam.

Caesar doctrinis a pueritia imbutus, verborum gloria, sensuum altitudine, non solum splendido stilo componebat epistolarum pro libito gratiam, (4725) sed catecheticos etiam sermones ceu genuinam parturiebat sobolem, vulgo silentia dicta, cate admodum. hinc sumpta audacia etiam de dogmatibus divinis voluit dicere et audire; (4730) mentemque abstrusis inserens mysteriis horum quaestiones ambiebat solvere tanquam edoctus esset a Christo interpres. ergo tunc orta quadam controversia super scripturae loco disputantium, (4735) in quo et accipere simul et offerre dicitur incarnatum verbum dei, cum eius temporis eruditi homines discordes ferrent hac de re sententias, verba fiebant ex utraque

λόγοι προῆλθον ἐξ ἑκατέρου μέρους
ἀντιφατικῶς ἀντερίζοντος λόγοις·
τῇ κρείττονι δόξῃ δὲ προστεθειμένου
καὶ πατρικῇ κάλλιστα τοῦ βασιλέως
καθῃρέθησαν ἱερᾶς λειτουργίας
ἄνδρες λογάδες λευιτῶν ἐκκλησίας,
ἀντίφρονες μείναντες ἀνεπιστρόφως,
Σωτήριχός τις Παντεύγενος τοὐπίκλην,
τελῶν ὑποψήφιος Ἀντιοχείας,
Εὐστάθιος πρόεδρος Ἐπιδαμνίων,
ὁ τῶν Θετταλῶν Μιχαὴλ ῥήτωρ τότε,
καὶ Βασιλάκης, τῶν σοφῶν Παύλου λόγων
διδάσκαλός τις τυγχάνων καὶ λευίτης.
μετὰ δὲ λυκάβαντας οὗτος ὁ κράτωρ
ῥητὸν προτιθεὶς εἰς ἀνάπτυξιν πάλιν,
ὃ δεσπότης εἵρηκε καιρῷ τοῦ πάθους,
"μείζων ἐμοῦ πέφυκε πατήρ μου" λέγων,

4747 Wolfius interpres Nicetae Choniatae, 7 5, haud scio an significatum intellexerit vocabuli *ὑποψήφιος*, quod tamen explicat Cangius, citato ipso nostro Ephraemio, cuius fragmenta legerat apud Allatium. rursus idem nescivisse videtur Theopolim esse Antiochiam ipsam. quare verba *ὁ ὑποψήφιος τῆς θεοῦ πόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας Σωτήριχος ὁ Παντεύγενος*, vertit *Hyposephius Theopolitanus, Soterichus Panteugenus Antiochenus*, quasi *Hyposephius* proprium nomen esset viri *Theopolitani*, et quidem diversi a Sotericho Antiocheno. Allatius tamen contra Creyght. p. 526 officii nomen retinet: *Antiochiae hyposephius*, sicut alibi *ὕπατος* vertitur ab eodem *hypatus*. exstat autem in cod. Vat. 2146 p. 124 scriptum Demetrii Gemisti *ὅπως ὁ ὑποψήφιος εἰς τὸ ἅγιον εἰσέρχεται βῆμα*. M. 4750 ergone in urbe Byzantio cathedra fuit interpretando Paulo occupata? hinc videlicet tot Paulinarum epistularum Graeci commentarii in bibliothecis mss nobis occurrunt. M. 4755 huius rei causa celebratum concilium Graecum, hactenus ineditum, ego proelo iam subieci. M.

parte (4740) dum suum quisque oppugnat adversarium. cumque meliori calculum adiiceret patrum sententiae, ut par erat, Caesar; sacro depulsi sunt ministerio viri praecipui in ecclesiae officiis, (4745) qui pertinaces in sententia manserant, Soterichus quidam, vulgo Panteugenus, Antiochenus electus episcopus; item Eustathius Epidauri praesul, et Thessalorum Michael tunc rhetor, (4750) ac Basilaces sapientium Pauli interpres literarum ac levita. post annos aliquot idem monarcha aliud proposuit explicandum thema. dominus dixit passionis tempore (4755) "maior me pater est." tum parum curans Caesar iam cognitas patrum senten-

μικρόν τε προσχὼν ἀναπτύξει πατέρων
οἰκείαν ἐξήγησιν ἀντεπεισφέρει,
καὶ τρικυμίας ἀναπιμπλᾷ καὶ ζάλης
ἐκκλησίαν τε καὶ σοφοὺς ἀρχιθύτας.
ὁμήγυριν οὖν ἐκ λογάδων ἁλίσας
ἐνῆγεν ἄναξ, προστιθείς τι καὶ βίας,
ὑπογράφειν ἕκαστον οὕτως ἐν τόμῳ
"στοιχῶ μὲν αὐτὸς ῥήσεσι καὶ πατέρων,
ὡς εἶπον ἐκ πνεύματος εἵνεκα λόγου
τοῦ μείζον' εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν πατέρα·
λέγω δὲ τοῦτο καὶ λελέχθαι καθότι
κτιστὴν παθητὴν σάρκα λαμβάνει λόγος."
τοῦθ' ὕφεσιν φέρει δὲ πρὸς τὸν πατέρα
υἱῷ λαβόντι σάρκα τῶν βροτῶν χάριν.
ἐρυθροσημάντῳ δὲ δοὺς γραφῇ τάδε
καὶ πλαξὶ καλῶς ἐγχαράξας λιθίναις
ἐπὶ σοφίας τοῦ νεὼ θεοῦ λόγου
ἀνάγραφα τίθησιν, ὡς ἔστι βλέπειν.
ἔτι κινεῖ ζήτημα καὶ πάλιν τόδε
"ἀνάθεμ' εἴη τῷ θεῷ τοῦ Μωάμεθ."
τόδ' ἀπαλεῖψαι πυκτίων παρηγγύα,
ὡς μὴ καθυβρίζοιτο, φησί, τῶν ὅλων
ὁ παμβασιλεὺς καὶ θεὸς καὶ δεσπότης.
τίθησι δῆλον ποιμέσι σκέμμα τόδε·
ἀπαγορεύει πᾶς κλύων βλασφημίαν.
μανεὶς ὁ κρατῶν καινοποιεῖ δὴ τόμον
συνηγοροῦντα λαοπλάνῳ Μωάμεθ,

4756 has sententias legesis interim apud Choniatam 7 5. M.

tias, propriam procudit interpretationem, et tempestatem concitavit maximam ecclesiae simul et doctis praesulibus. (4760) ergo coacta delectorum synodo impulit Caesar, vi quoque adhibita, omnes libello ut ita subscriberent "assentior ego patrum sententiis, quas inspirati de verbo scripserunt, (4765) Christo maiorem esse patrem. id autem aio dictum, quia creatam passibilemque carnem verbum sumpsit." sic porro supponebat filium patri, postquam nostri gratia carnem sumpserat. (4770) haec consignata literis purpureis lapideisque tabulis insculpta pulchro artificio in templo Sophiae instar epigraphes spectanda exposuit. aliam rursus controversiam movit; (4775) nempe ut anathema Mohametis deo eximeretur diptychis suadebat, ne forte contumelia fieret numini omnium domino atque regnatori. rem iudicandam obtulit episcopis, (4780) qui reiecerunt omnes ut blasphemiam. iratus Caesar renovat libellum falsae

τῶν πρὶν δ' ἀνάκτων καθικνούμενον μάλα
ὡς λοιδορούντων ἀμαθῶς θεῷ λόγῳ.
εἰς ἀκρόασιν ἐκδίδωσι τὸν τόμον·
ὁ πατριάρχης ἀντέβη Θαρσαλέως,
καὶ πᾶς συνιὼν συνομαρτεῖ ποιμένι.
καὶ μᾶλλον ὁ πρόεδρος Θεσσαλονίκης,
περιβόητος ἀρετήν τε καὶ λόγον,
τῶν ποιμενάρχων Εὐστάθιος τὸ κλέος,
ζήλῳ θεϊκῷ καταφλεχθεὶς καρδίαν
ἤλεγξε δόγμα καινοφανὲς καὶ νόθον,
"εἴην ἂν ἀνάξιος" εἰπὼν "παντάπαν
τῆς ποιμενάρχων καὶ στολῆς καὶ τοῦ θρόνου,
ἠλίθιος δὲ καὶ νομιζοίμην πάλιν,
εἰ παιδεραστὴν καὶ καμηλώδη πλάνον
μύστην τε πάσης πράξεως βδελυκτέας
καὶ μυσταγωγὸν ἀσεβῶν διδαγμάτων,
ὁλόσφυρόν τι καὶ πεπλασμένον τέρας
ψιλῆς ἐπινοίας γε καὶ στυγητέας,
θεὸν καλοίην ἀτρεκῆ, κτίστην ὅλων."
ὁ δ' ὡς πεπονθὼς ἐσχάτην παροινίαν
ὀνείδεσιν ἔπλυνε τοὺς ἀρχιθύτας,
κόσμου τὰ μωρὰ τούσδε καλῶν ἀλόγως·
κἀπὶ μεγάλης δικάσασθαι συνόδου
πρὸς τούσδ' ἀπειλῶν ἐμμανῶς ἐκεκράγει,
πάπα παρόντος, τῶν προκειμένων χάριν.
ὅμως θυμοῦ λήξαντος ὁ πρᾶὺς ἄναξ,
σπουδῇ προέδρου τῆσδε τῆς Κωνσταντίνου,

Mohametis faventem fidei, ac superiores castigantem Caesares tanquam inscite maledixissent deo; (4785) atque hunc libellum edidit legendum. sed patriarcha restitit audacter, et cum pastore conspirarunt omnes; Thessalonicae praesul inter primos, vir celebratus virtute ac literis, (4790) atque pastorum gloria, Eustathius, zelo divino viscera perustus, novum ac spurium improbavit dogma, dicens "enimvero forem ego indignus episcopali stola atque solio, (4795) prorsusque insanus merito aestimarer, si a paederasta vafro mulione, magistro omnis actus exsecrandi et doctrinarum scelestarum mysta, qui monstrum quoddam finxit holosphyron (4800) vili mentis partu et detestando, deum dicerem omnium creatorem." at Caesar oestro percitus insano probrosis verbis obruit episcopos, mundi quisquilias stolide appellans; (4805) seque oecumenica minabatur synodo disceptaturum, furiose inclamans, papae interposito de his iudicio. mox ira omissa mansuetus Caesar praesulis

τῷ Θετταλίας ἀρχιθύτῃ συνέβη,
ἐνδοὺς τά οἱ δόξαντα φάναι προφρόνως.
τέλος δ' ἐπειπὼν καὶ βασιλεὺς τοιάδε,
ὡς δεῖ σοφόν τε συνετὸν πεφυκότα
μηδὲν παρακαίρια λαλεῖν θρασέως
μηδὲ προβάλλειν ῥήματ' αἰσχρὰ καθάπαξ,
τοῦ μηνιᾶν ἔπαυσε πρὸς τὸν ποιμένα.
οὕτω μὲν ἐξήνυστο τάδ' ὡς ἂν ἔφην·
τὰ δόγματα δ' ὥριστο τῇδε συνόδῳ
ὡς τῶν βιβλίων ἀπαλειφῇ παντάπαν
"ἀνάθεμ' εἴη τῷ θεῷ τοῦ Μωάμεθ,"
ἀντεγγραφῇ δ' ἀνάθεμα τῷ Μωάμεθ
καὶ τῇ διδαχῇ τοὐδε καὶ πάσῃ πλάνῃ.
καὶ τοῦτο κυρώσαντες οἱ τῆς συνόδου
τῶν συνόδων λήγουσι καὶ τῶν συλλόγων.
Περιπεσὼν δὲ βασιλεὺς δεινῇ νόσῳ
καὶ γνοὺς ἑαυτὸν πλησιάζοντα μόρῳ,
σκῆπτρα παριδὼν καὶ τὰ λαμπρὰ τοῦ βίου,
ἐλθών τε κακῶν εἰς συναίσθησιν ὅλων,
τὸ τῶν μοναχῶν ἀμφιέννυται ῥάκος·
εἶτ' ἀπολείπει τὸν βίον καὶ τὸ κράτος,
ὀκτὼ κατάρξας καὶ τριάκοντα χρόνους,
ταφεὶς πατρῴᾳ πρὸς μονῇ σεβασμίᾳ,
κλῆσιν φερούσῃ παντοκράτορος λόγου,
ἥσπερ δομήτωρ βασιλεὺς Ἰωάννης,
γυναικὶ λιπὼν σὺν ἀώρῳ τεκνίῳ
κραταρχίαν τε καὶ διοίκησιν ὅλων.

opera Byzantinae urbis (4810) cum Thessalo pastore pacem fecit, illi concedens liberam sententiam. postremo id quoque dixit imperator, frugi et prudentem virum non decere aspere quicquam inhonestumque loqui, (4815) nec turpia verba prorsus effutire: atque in pastorem furere desivit. hic fuit dicti exitus negotii. tamen in synodo definitum fuit ut e libellis prorsus delerentur (4820) verba "sit anathema Mohametis deo," sed scriberetur "Mohameti anathema eiusque magisterio et omni errori." atque hoc perscripto decreto patres fecerunt coetuum synodique finem.

(4825) Postea Caesar gravi morbo implicitur, seque iam morti proximum cognoscens, sceptrum contemnens splendoremque mundi praeteritaeque vitae iam paenitens pauperem induit monachi tuniculam; (4830) moxque cum sceptro vitam deseruit post annos regni octo et triginta, sepultus sacro patris monasterio, omnipotente cui nomen a verbo, Caesare auctore aedificii Ioanne. (4835) reliquit autem Manuel imperium uxori et aevi teneri filiolo.

Ἀνδρόνικος ὁ Κομνηνὸς σὺν Ἀλεξίῳ τῷ υἱῷ Μανουὴλ ἔτος α' καὶ μόνος ἔτη β'.

Ἐπιβεβηκότος δὲ τῆς κραταρχίας
παιδὸς Μανουὴλ σὺν τεκούσῃ φιλτάτῃ,
ἡλικίαν ἄγοντος ἁπαλὴν ἔτι,
ἀκοσμίας πέπληστο Ῥωμαίων πράγη
καὶ πλημμελῶς ἔπασχε καὶ σφόδρ' ἀτάκτως,
καὶ χεῖρον ἢπερ Φαέθων παῖς ἡλίου,
ὅτ' ἦν ἐπιβὰς χρυσοκολλήτου δίφρου,
ὡς μῦθος αἱρεῖ, καὶ τὸ πᾶν ἐφθαρκότος
ἁπαλότητι καὶ πλέον γ' ἀπειρίᾳ.
οὗτος γὰρ Ἀλέξιος ἁπαλὸς κράτωρ,
κυνηγεσίοις προστετηκὼς ἐκτόπως
ἱππηλασίαις καὶ μίμοις καὶ παιγνίοις,
κοινῶν ὀλίγα φροντίδων γε προυνόει.
μήτηρ δὲ πάλιν καὶ βασιλὶς Μαρία,
φροντίδα κοινῶν ἀναθεῖσα πραγμάτων
πρωτοσεβαστῷ πρωτοβεστιαρίῳ,
ἄφροντις ἐξήνυεν αὐτὴ τὸν βίον.
τοίνυν ἀπεπνίγοντο τοῖς τελουμένοις
οἱ τῆς γερουσίας τε καὶ τῶν ἐν τέλει,
πρωτοσεβαστὸν ὑφορώμενοι λίαν
ὡς ἀτεχνῶς τύραννον ἐκ τῶν πραγμάτων.
Κομνηνὸς δ' Ἀνδρόνικος, οἰκήσεις ἔχων
καὶ διατριβὰς κατὰ χῶρον Οἰναίου,
ἐπεὶ πύθοιτο τοῦ κρατοῦντος τὸν μόρον,
ἐκεῖθεν ᾔει πρὸς πόλιν Κωνσταντίνου,

Andronicus Comnenus cum Alexio Manuelis filio an. 1. et solus an. 2.

Cum Manuelis filius ad imperium cum sua dilecta matre pervenisset, teneram adhuc exigens aetatem, (4840) Romana res susque deque perturbata pessime habebat valdeque incomposite, magis quam cum Phaëthon solis filius aureum regens, veluti est in fabulis, currum, mundana cuncta exurebat (4845) ob puerilem suam imperitiam. Alexius hic tener imperator, assiduis vacans perdite venatibus, equitationi, mimis, et aliis ludicris, tenuem rei publicae curam gerebat. (4850) Maria item genitrix regina, negotiorum commisso regimine protosebasto protovestiario, expertem curis vitam agitabat. suffocabantur interim tributis (4855) cuncti optimates ac senatores; atque suspectam magnopere habebant protosebastum veluti tyrannum. Comnenus autem Andronicus, habitans longa iam mora in Oenaeo oppido, (4860) postquam rescivit de monarchae obitu, illinc Byzantium coepit accedere, omnes decipiens fallensque sermonibus

πάντας ἀπατῶν καὶ φενακίζων λόγοις
οἷς ἐντύχοι γ' ἄν, τοῖς δ' ἀποῦσι καὶ γράφων,
ὑπὲρ κρατοῦντος τὴν ἔλευσιν τιθέναι
καὶ τοῦ φυγεῖν κίνδυνον ἔρποντα θέλειν
ἄνακτι τῷδε τοῦδε τῇ συμμαχίᾳ,
καὶ τοῦ φυλάξαι βιβλίον τῶν ὁρκίων,
ὃ πρὸς βασιλεῖς ἦν ὁμωμοκὼς πάλαι,
ὅτε προσῆλθεν ἄνακτ' ἐκ τῆς Χαλδίας.
τοῦτον γὰρ Ἀνδρόνικον ὄντα φυγάδα
ἐθνῶν τε πολλῶν διαμείψαντα τόπους,
παρὰ δ' Ἀλτούχῳ τῷ κρατοῦντι Χαλδίας
τέλος καταλύσαντα καὶ πεπαυμένον
ἄλης τε πικρᾶς καὶ μακρῶν περιδρομῶν,
μετακαλεῖται Μανουὴλ αὐτοκράτωρ
καὶ δεξιοῦται δωρεαῖς φιλοφρόνως,
καὶ πρὸς πόλιν Οἴναιον στέλλει διάγειν,
ὅρκους πρὸς αὐτοῦ πρίν γε προσδεδεγμένος
ὀρθῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης καὶ φιλίας.
ἔπειτ' ἀπῆρεν, ὡς ἔφην, ἐξ Οἰναίου
Κομνηνὸς Ἀνδρόνικος, Σίσυφος τρόπους,
χώρας δ' ἐπιστὰς τοῖς ὅροις Παφλαγόνων
πολλοὺς ἐπεσπάσατο πρὸς συμμαχίαν
καὶ συνερίθους τῆς ἑαυτοῦ κακίας.
μεθ' ὧν ἐπιὼν πάντα κυκῶν ἐστρόβει,
καὶ μᾶλλον ᾧπερ προυτίθει δελητίῳ,
ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ νέου βασιλέως
ἅπαντα καὶ δρᾶν μηχανῷτο καὶ λέγειν.

4882 δ' om V

praesentes verbis, literis longinquos, seque pro Caesaris salute adesse, (4865) atque ut periculum latens effugeret novus monarcha per suum auxilium; denique ut fidem tueretur datam regiae domui, sacramento adhibito, cum e Chaldaea redux ad aulam venit. (4870) hunc Andronicum enim, qui exsul fuerat multasque gentium sedes permutaverat, atque apud Altuchum Chaldaeae principem postremo versabatur, ibique demum finem molesti erroris cursuumque fecerat, (4875) Manuel imperator revocavit, donisque exceptum perhumaniter in Oenaeo urbe hospitari iussit, iuratum tamen antea promissum exigens fore in officio ac fide permansurum. (4880) Oenaeo discessit posthinc, ut dixi, Comnenus Andronicus Sisyphii moris, atque Paphlagonum occupatis locis multorum sibi suppetias adiunxit suaeque improbitatis socios fecit. (4885) quibus stipatus cuncta perturbabat, illa praesertim abutens fraude, quod se pro novi Caesaris salute cuncta fingebat agere atque dicere. sane protose-

πρωτοσεβαστὸς δ᾽ ἦν πάλιν μισητέος
καὶ πᾶσιν ἀπόστοργος ἐκ δυσπραξίας,
ὡς τῶν καθ᾽ αὑτὸν ὑπερόπτης τυγχάνων
καὶ βασιλείας ἀνέχων τὰς φροντίδας·
οὐδὲν γὰρ ὑπῆν τῆς ὅλης κραταρχίας
ὃ μὴ διεξήνυστο τοῦδε τῷ κράτει.
τῷ τοι πρὸς Ἀνδρόνικον ἅπασα πόλις
ἐλπίδας ἀνέτεινε τῆς σωτηρίας,
καὶ τόνδ᾽ ἐκάλει τῆς τυραννίδος λύτην,
καὶ παρεκάλει γράμμασι λαθριδίοις
τὴν εἰς βασιλεύουσαν εἴσοδον πόλιν
καταταχῆσαι μηδένα δεδοικότα,
ἀλλ᾽ ὑπτίαις, ὅ φασι, χερσὶν ἀσμένως
ἀναπετασόντων γε τῷδε τὰς πύλας.
ὁ δ᾽ ἀσμένως μὲν καὶ τάδ᾽ ἦν δεδεγμένος,
ἀεὶ δ᾽ ἐχώρει πρὸς σαφῆ τυραννίδα,
χώραις ἐπιὼν φρουρίοις τε καὶ τόποις.
ἐπεὶ δ᾽ ἐπέστη καὶ Βιθυνῶν Νικαίᾳ
καὶ τήνδ᾽ ἑλεῖν ἔσπευδεν αἱμύλοις λόγοις,
οὐκ ἔσχεν αὐτοῦ τοῖς λόγοις πειθηνίαν,
ἀλλ᾽ ἐμφανῶς ἦν ἀτίνακτος ἀπάταις.
ἀλλ᾽ ὡς ἐπιβέβηκε τῆς Νικομήδους
καὶ τήνδ᾽ ἐπεσπάσατο πρὸς συμμαχίαν,
μεθ᾽ ἱκανῆς ἔσταλτο ταξιαρχίας
στρατηγὸς Ἀνδρόνικος Ἄγγελος θέσιν
πρὸς ἀντιπαράταξιν ἅμα καὶ μάχην·
ὃς ἐκτομίᾳ συμπλακεὶς Ἀνδρονίκου,

4915 τοῦ Ἀνδρονίκου V

bastus in odio erat (4890) vulgoque detestabilis ob actus suos, quoniam mortales cunctos despiciebat sibique uni rem publicam vindicabat: nil enim erat in universo imperio quod huius potestati non pareret. (4895) quare cuncta metropolis spem salutis in Andronico reponebat uno, atque hunc tyrannidis appellabat vindicem, et clandestinis invitabat literis ut ad regalem adventare urbem (4900) omni seposito festinaret metu: nam se prompto cives dicebant studio urbanas illi portas aperturos. hos ille audiebat perlibenter nuntios, iamque affectabat manifesto tyrannidem (4905) castellis occupandis ac provinciis. accessit etiam Nicaeae Bithyniae, eamque blandis tentavit sermonibus: sed illa verbis minime gessit morem, eiusque fraudibus fuit insuperabilis. (4910) sed cum occupavisset Nicomediam eamque suis iam partibus adiunxisset; missus est cum iusto copiarum numero dux Andronicus cognomento Angelus, ut bello aperto hostibus resisteret: (4915) qui cum

ἐκ Παφλαγόνων στρατιᾶς ἡγουμένῳ
καὶ γηπονούντων, ἀδαῶν ὅλως μάχης,
ἥττητο κακῶς, καὶ τρέχει πρὸς τὴν πόλιν.
ἡττημένον γοῦν εἰσδραμόντα τὴν πόλιν
χρίμπατ' ἀπήτουν καταθέσθαι σὺν τάχει,
ὅσα πρὶν ἀνάλωσε πρὸς μάχας ᾗ θάσας.
ὅθεν λυπηθεὶς πρὸς φυγὴν εὐθὺς βλέπει
μεθ' υἱέων ἓξ, ὁπλιτῶν ῥωμαλέων,
καὶ τῆς πρὸς Ἀνδρόνικον ἅπτεται τρίβου,
ὃς θάρσος ἄρας Ἀγγέλου παρουσίᾳ,
πορθεῖν ἐάσας καὶ κατατρέχειν τόπους,
εὐθὺ μετ' αὐτοῦ τῆς Κωνσταντίνου τρέχει.
καὶ δὴ πεφθακὼς πλησίον Χαλκηδόνος
σκηνὴν ἐκεῖ πήγνυσι καὶ παραμένει.
πρωτοσεβαστὸς δ' Ἀλέξιος οὐκ ἔχων
πεζῇ στρατιᾷ καθελεῖν ἀποστάτην,
τόνδ' ἀπελάσαι δεῖν κρίνει ναυμαχίᾳ.
πλείστας τριήρεις τοιγαροῦν ἐξαρτύσας,
καὶ ταῖσδε καλύψας γε τὴν Προποντίδα,
καὶ τὸν μέγιστον Κοντοστέφανον Δοῦκαν
δείξας στολάρχην τοῦ στόλου καὶ προστάτην,
πρὸς τὴν κατ' ἐχθροῦ δυσμενοῦς πέμπει μάχην
ἢ καὶ φυλακὴν τῇδε τῆς Κωνσταντίνου.
μετὰ βραχὺ δὲ πρέσβις ἐκ βασιλέως
σταλεὶς πρὸς Ἀνδρόνικον ὁ Ξιφιλῖνος,
εἷς τῶν ἀρίστων ἐντρόφων ἐκκλησίας,

4924 Ἀνδρονίκου V

eunucho Andronici congressus, duce copiarum Paphlagoniarum, rudium quamvis belli agricolarum, turpiter profligatus Byzantium fugit. ergo cum victus redisset ad urbem, (4920) ab eo pecuniam statim repetebant cives, quam bello gerendo insumpserat; quod aegre ferens maturavit fugam cum sex armatis fortibusque liberis, et semet recta ad Andronicum contulit. (4925) qui roboratus Angeli praesentia, aliosque omittens occupare locos, cum Angelo Byzantium direxit iter; et cum Chalcedonis esset in vicinia, ibi tentorium fixit substititque. (4930) protosebastus haud potis Alexius exercitu pedestri rebellem opprimere, nauticis copiis resistendum censuit; cum ergo plurimas instruxisset triremes, ita ut totam implerent Propontidem, (4935) et Contostephanum maximum Ducam scholarcham creavisset summumque ducem, iussit cum hoste inviso decertare, vel certe Byzantinam tutari urbem. paulo post missus legatus a Caesare (4940) ad Andronicum ivit Xiphilinus, unus illustrium

ἐπαγγελίας ἀφθόνων δωρημάτων
αὐτῷ προσῆγεν ἀξιῶν τε μειζόνων,
εἰ σκέμμι' ἀφεικὼς τὸ προκείμενον τάχος
παλίνδρομος γένοιτο χωρὶς αἱμάτων.
ὁ δ' οὐ προσέσχεν· ἐμβριθῶς δὲ μηνύει
(παραιφάσει δ', ὥς φασι, τοῦ Ξιφιλίνου)
ὡς εἴ περ Ἀνδρόνικον ἀθρῆσαι θέλεις
πάλιν ἐπανήκοντα σὺν ἡσυχίᾳ,
πρωτοσεβαστὸν ἀπέλασον ἐκ μέσου,
καὶ πλημμελείας εὐθύνας ἐκτινύτω.
σὲ δ' ἡ τεκοῦσα βασιλίς, ἄναξ, πάλιν
κατὰ μοναχοὺς τὴν τρίχα κειραμένη,
βίον βιούτω καθ' ἑαυτὴν ὥς δέον.
σὺ δ', ὡς πατρῴα διαθήκη βούλεται,
κληροῦχος ὢν ἄνασσε τῆς κραταρχίας.
οὔπω παρῆλθον ἡμέραι συχναὶ πάνυ,
καὶ παραλαβὼν τὰς τριήρεις δοὺξ μέγας
χωρεῖ πρὸς Ἀνδρόνικον ἀπτέρῳ τάχει·
καὶ τοῦτ' ἐπῆρε τοῦ τυράννου τὸ θράσος,
πρωτοσεβαστὸν δ' ἠφάνισε καθάπαξ.
τοίνυν ἀποστὰς τοῦδ' ἅπας τῶν ἐν πόλει,
βαλών τε τοῖς σκώμμασιν ἀνέδην,
προστίθεται δὴ φανερῶς ἀποστάτῃ,
καὶ τοῦδε γῆρας καὶ φυὴν ἦν σεμνύνων.
πρὸς τοῖσδ' ἀνεῖντο παῖδες εἱρκτῆς ὡς τάχος
αὐτοῦ τυράννου καὶ κατακλείστων στῖφος·

4963 αὐτον ἀνέδην?

ecclesiae alumnorum, ipsi oblaturus plurimam pecuniam et dignitatum titulos summarum, si, quod susceperat, omisso molimine (4945) statim incruentus retro cederet. renuit ac superbe respondit ille, ut fama est, hortante Xiphilino, "si quidem, Caesar, Andronicum aves retro pacifice cedentem cernere, (4950) protosebastum loco depelle, criminumque poenas ab eo reposce. praeterea regina parens tua, monacharum instar attonsa comam, vitam, ut par est, solitariam degat: (4955) tu vero, ut est in patris supremis tabulis, heres imperii regnato legitimus." paucis deinde elapsis diebus dux magnus, sumptis secum triremibus, ad Andronicum celeri cursu fugit; (4960) quae res tyranni extulit audaciam, protosebastum autem prorsus fregit. passimque populus in urbe rebellans hunc impudenter appetebat conviciis, apostataeque partibus adhaerebat, (4965) eius demirans formam et senectam. insuper filii liberantur carcere tyranni eiusdem, aliique plurimi: clauditur autem,

καθείργνυται δέ, φεῦ τύχης τῆς ἀστάτου,
πρωτοσεβαστὸς ἐν μέσοις ἀνακτόροις,
καὶ σβέννυται δὴ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων,
Ἀνδρονίκου κρίναντος ὧδ' ἀποστάτου
μετὰ φαεινῶν προκρίτων γερουσίας.
ὅστις ἀπῆρε πρὸς πόλιν βασιλίδα,
καὶ τῷ βασιλεῖ προσκύνησιν προσνέμει
βαθεῖαν, εἰς γῆν ταννθεὶς καὶ δακρύων.
κοινῶν ἔπειτα πραγμάτων δεδραγμένος
ἐχρῆτο τοῖσδε καθά οἱ δεδογμένον,
κυνηγεσίοις βασιλεῖ προσανέχειν
ἐνδοὺς ὁ δεινὸς παιδιαῖς τε προσφόροις
μετὰ φυλάκων δυσμενῶν κατασκόπων.
Ἔπειτ' ἀνεζώσατο κοινῶν φροντίδα
βροτῶν Ἐριννὺς καὶ φιλαίματος κύων
ῥέκτης τε κακῶν Ἀνδρόνικος, ὦ πάθους,
καὶ φανερῶς ἥψατο τῆς τυραννίδος.
ἀμείβεται μὲν δωρεαῖς ἅβραις πάνυ
ἄλλους τε πολλοὺς καὶ πλέον Παφλαγόνας
τοὺς τῷδε συμπράξαντας ἀποστασίαν,
τιμᾷ δὲ λαμπραῖς καὶ μεγάλαις ἀξίαις
οὓς εἶχε πιστοὺς καὶ συνεργοὺς κακίας.
ἀνδρῶν ἐριτίμων δὲ καὶ λαμπρῶν γένει
οἱ μὲν φυλακαῖς ἐγκαθείργνυντ' ἀλόγως,
οἱ δ' οἰκίας τε συγγενῶν καὶ πατρίδος
μακρὰν ἀπηλαύνοντο χωρὶς αἰτίας,

4968 τῆς τύχης τῆς V 4975 ταννσθεὶς?

o fortunae inconstantia! protosebastus regio in palatio, (4970) eique lumen oculorum exstinguitur, sic decernente Andronico rebelle cum splendidorum procerum corona. tum ipse ad urbem adventavit regiam, regique humile obtulit obsequium, (4975) humi prostratus, lacrimas profundens. exin correptis rei publicae habenis coepit ad arbitrium cuncta suum gerere. et regem quidem occupabat venatibus astutus homo et lusibus idoneis, (4980) custodia septum vigili et malivola.

Ipse regendi imperii suscepit curam, mortalium dira Erinnys, cruentus canis, maleficus Andronicus, proh calamitas! ac manifestam invasit tyrannidem. (4985) et praemiis quidem ornavit eximiis cum alios multos tum apprime Paphlagonas, qui rebellandi sibi auxilium tulerant; ac dignitates splendidas sublimes amicis suis attribuit et noxae sociis. (4990) illustres autem viros et stirpe nobiles partim iniusto carcere conclusit, partim domo, cognatis, patria procul nullius pepulit

ἄλλοι δ' ἀπεσβέννυντο λύχνους ὀμμάτων.
καὶ πάντα μεστὰ συμφορᾶς ἦν καὶ πάθους,
πλήρη δακρύων καὶ στεναγμῶν καὶ γόων.
ἔσπευδε καὶ γὰρ Ἀνδρόνικος ἐκ μέσου,
ὡς συνελὼν εἰπεῖν, θεῖναι ταχέως
προύχοντας ἄνδρας, εὐγενεῖς βουληφόρους,
ῥώμῃ διαφέροντας ἢ καὶ συνέσει,
ὡς δ' ἀδεῶς τε κωλύμης πάσης δίχα
ἄρδην τὸ βασίλειον ἐκτρίψῃ γένος.
ὁ δ' αὖ σουλτάνος, Μανουὴλ γνοὺς τὸν μόρον,
κατέσχε Σωζόπολιν ἄλλας τ' αὖ πόλεις
καὶ τὸ Κοτυάειον ἄστυ τῇ μάχῃ,
Ῥωμαϊκὰ δὲ καὶ πρόσοικα χωρία
πλεῖστα παρεστήσατο τῷ μάχης νόμῳ.
ἔπασχον οὐχ ἧττον δὲ δυστυχεστάτως
Ἀσιαναὶ κῶμαί τε καὶ πολλαὶ πόλεις
ἐξ ἐμφυλίου στάσεως φθισιβρότου.
Εὖνους βασιλεῖ καὶ φιλόστοργος θέλων
δοκεῖν πανοῦργος Ἀνδρόνικος τυγχάνειν,
χερσὶ στεφθῆναι ποιμένος σπεύδει τάχα
τὸν Ἀλέξιον αὐτοκράτορ' Αὐσόνων,
ὄντιν' ἐπ' ὤμων ὡς ἄνακτα βαστάσας
ἐπ' ὀκρίβαντος ἀνάγει δακρυχέων·
ὅθεν τισὶν ἔδοξε πατρὸς βελτίων
καὶ κηδεμὼν εἶναί τις ἄνακτος νέου.
ἄρας δὲ τόνδε κατέρραξεν εἰς χάος,

criminis convictos; alios denique oculis privavit. (4995) ergo ubique miseria, ubique dolor, suspiria ubique, lacrimae, eiulatus. nam properabat Andronicus homines, breviter ut dicam, tollere de medio vel genere conspicuos vel consilio (5000) vel forti manu praeditos vel prudentia, ut tuto, remoto obice, regium genus funditus extereret. at Manuelis Sultanus morte cognita Sozopolim occupavit aliasque urbes (5005) et Cotyaeam arcem armata manu; insuper terras Romanorum proximas plurimas sibi vindicavit bellans. nec vero interea minus laborabant per Asiam pagi rustici multaeque urbes (5010) civili seditione cum variis caedibus.

At enim callidus Andronicus, volens studiosus regis ac peramans videri, a patriarcha mox coronari iussit imperatorem Romanorum Alexium, (5015) quem ipse propriis humeris ut regem extulit sublimem in suggestum cum fictis lacrimis; quamobrem vulgo est creditus patre melior, regisque adulescentis tanquam tutor. sed enim hunc proiecit mox

ὡς που μελῳδεῖ Δαβὶδ ὁ προφητάναξ.
μετὰ δὲ τὸ ξύμπαντας ἐκ μέσου δρᾶσαι,
ὡς κυριεύων τῆς ὅλης κραταρχίας
καὶ τήνδε καθὼς ἐσκόπει διεξάγων,
ἀναπολῶν ἦν κατὰ νοῦν ὁσημέραι.
καὶ πρῶτα μέν, φεῦ τῆς ἀπανθρώπου δίκης,
μόρον κατακέκρικεν ἄδικον πάνυ
τῆς βασιλίσσης, αἰτίας ἀναπλάσας·
ἣν ἀπαγαγὼν πνιγμονῇ πικρᾷ βίου
(σῆς ἀνοχῆς, εὐσπλαγχνε Χριστέ μου λόγε!)
ψάμμῳ κρυβῆναι τῆσδε νεκρὸν ἀτίμως
ἀκταῖς κελεύει τῆς θαλάσσης ὡς τύχοι.
σπουδῇ δ' ἔπειτα φρατρίας Ἀνδρονίκου
συμβασιλεύειν Ἀνδρόνικος προυκρίθη
νέῳ βασιλεῖ καὶ κράτος συνδιέπειν.
καὶ καταλαβὼν τὸν θεοῦ μέγαν δόμον
καὶ ταινιωθεὶς ὡς ἔθος στεφηφόροις,
ἄρτον δεῆσαν οὐράνιον λαμβάνει,
καὶ κατὰ φρικτῶν ὀμνύει μυστηρίων
ἦ μὴν φυλάξειν τῷ νέῳ στεφηφόρῳ
πίστιν ἀκραιφνῆ, καὶ νεμεῖν τοῦδε κράτει
τὴν δυνατὴν σύναρσιν ὡς πατὴρ φίλος.
ἐπεὶ δ' ἔσω γένοιτο τῶν ἀνακτόρων
ἀναγορευθεὶς βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
ἔφορκος Ἀνδρόνικος, αἱμύλος φύσει,
μνήμην φέρων ἔναυλον ὅρκίων ἔτι
ὡς θὴρ ἐφορμᾷ τῷ νέῳ στεφηφόρῳ,

in barathrum, (5020) ut David ait alicubi, rex fatidicus. iam postquam omnes sustulit e medio, mente agitabat sedula quotidie quo pacto totum raperet imperium proque suo voto gereret ac libito. (5025) in primis igitur, o diram sententiam! morte reginam damnat iniustissima criminibus confictis, eamque laqueo crudeli suffocatam vita spoliat; atque, o patientiam, Christe bone, tuam! (5030) arena iubet obrui cadaver, marino abiectum littore sine honore. mox coniuratae suae factionis studio socius imperii Andronicus dicitur, ut iuvene cum rege rem summam gereret. (5035) igitur progrediens in templum maximum, more solemni, redimitur stemmate, atque caelesti rite pane vescitur; ibique formidandis in mysteriis iurat se fidem adulescenti regi (5040) immotam servaturum, eiusque imperio pro viribus fauturum, ut patrem decet. deinde regium ingressus palatium acclamatusque rex et imperator, perfidis Andronicus blanditiis usus, (5045) recentem sacramenti memoriam gerens,

καὶ τόνδ' ἐθοινήσατο. φεῦ οἰκτροῦ πάθους·
τόξου γὰρ αὐτὸν πνιγμονῇ νευρᾶς νύκτωρ
βίου παρόντος δυστυχῶς ὑπεξάγει,
5050 ἐπεισπεσόντων τῷδε τινῶν ἀδίκως.
καὶ σῶμα μὲν δίδωσι θαλάττης βάθει,
τὴν δ' αὖ κεφαλὴν σώματος τετμημένην
ἐν παραβύστῳ κατακοντίζει τόπῳ.
Οὕτως Ἀλεξίου δὲ λιπόντος βίον
5055 Ἀνδρόνικος μόναρχος ὤφθη τοῦ κράτους,
πολιὸς ἀνήρ, ἀποφράς, κακῶν ῥέκτης,
ἀνδρῶν Ἐριννὺς καὶ φιλαίματος κύων,
δράκων δαφοινός, σκορπίος βροτοκτόνος,
κακόν τι τερμέριον, Ἅιδης παμφάγος,
5060 Στὺξ συμφορῶν γέμουσα δακρύων γόων,
φέναξ, σοβαρός, ἀγέρωχος τὸν τρόπον,
ἀπατεών, θώψ, ποικίλος χαμαιλέων,
τῶν καθ' ἑαυτὸν ὀργιλώτατος γέρων,
καὶ μισοφαής, δυσμενὴς ὑπηκόοις,
5065 δήμιος ἀνδρῶν εὐγενῶν ἀριστέων,
καὶ βασιλείου τοῦ γένους ἀναιρέτης.
ὃς παραλαβὼν τὴν ὅλων αὐταρχίαν
μνηστῇ συνήφθη πρὸς γάμους Ἀλεξίου
λίαν ἀθέσμως, φιλόπορνος ὢν γέρων.
5070 ἐκλιπαρεῖ δὲ πατριάρχην ποιμένας
τοῦ πρὸς Μανουὴλ ὁρκίου λαβεῖν λύσιν·
οἱ δ' ὡς τὰ πάντα πρὸς χάριν καὶ φιλίαν

ilico regem iuvenem aggreditur, eumque mactat, proh lugubre facinus! etenim arcus nervo noctu strangulat, sicque infelicem vitae imponit finem, (5050) usus ad id quorundam iniquo officio. et corpus quidem mergit profundo mari, avulsum autem cervicibus caput secreto loco sepeliendum curat.

Sic ergo Alexio deserente vitam (5055) solus imperium tenuit Andronicus, vir canus, detestandus et maleficus, civium Erinnys, caedique anhelans canis, draco cruentus, scorpiusque letifer, horrendum monstrum, Orcus insatiabilis, (5060) Styx plena miseriis gemitibus lacrimis, dolosus, tetricus, moribus superbis, deceptor, assentator, versipellis, varius, senex suorum temporum furiosissimus, lucifugus, et in subditos ira plenus, (5065) natorum loco nobili virorum carnifex, denique regiae exstinctor prosapiae. qui summo rerum occupato imperio Alexii sponsam sibi nuptiis iunxit scelere manifesto scortator senex. (5070) quin sacramenti Manueli praestiti a patriarcha petiit atque episcopis absolutionem; qui servientes gratiae pro suo ligandi solvendique arbitrio divinitus con-

δεσμεῖν τε λύειν πρὸς θεοῦ δεδεγμένοι,
ἀμνηστίαν ἔνειμον ἠνομημένων
καὶ λύσιν ὅρκων δυσλύτων τῷ πεμπέλῳ.
καὶ φαῦλον ἔσχον ἀντιμισθίαν γέρας,
σφᾶς συνεδρεύειν, εἰ τύχοι, καθημένῳ.
Τούτου τυραννήσαντος, ὡς ἔφη λόγος,
ἀποστατοῦσι τοῦ κράτους τῶν Αὐσόνων,
εἴκειν τυράννῳ μὴ θέλουσαι πρὸς βίαν,
Προῦσά τε καὶ Νίκαια Βιθυνῶν πόλεις.
στρατιὰν οὐκοῦν Ἀνδρόνικος ὁπλίσας
εὐθὺ Νικαίας ἴεται, θυμοῦ πνέων,
καὶ τήνδ' ἑλεῖν ἔσπευδε τειχομαχίαις
καὶ μηχαναῖς γε καὶ μάχαις πολυτρόποις.
οὐδὲν πλέον δ' ἤννεν ἱστὰς τὴν μάχην,
ἀλλ' ἦν ἀσινὴς ἀτίνακτος ἡ πόλις
ταῖς μηχαναῖς τε καὶ βελῶν ταῖς νιφάσιν.
ὅμως ὑπείκει βασιλεῖ συμφωνίᾳ,
καὶ τὴν πρὶν ἀπέλαβε τάξιν ἐννόμως,
Νίκαια καλλίπυργος, εὖ ᾠκισμένη.
ἐφίστατο δὲ καὶ Προυσαέων πόλει
μετὰ στρατιᾶς βασιλεὺς ῥωμαλέας,
καὶ χάρακα θεὶς τειχομαχίαις ὅλαις
καὶ μηχαναῖς ἔσπευδε καθελεῖν πόλιν·
ἀλλ' ἡ πόλις ἦν ἀντέχουσ' ἐρρωμένως,
καὶ μηχανὰς λύουσα ῥᾷστα καὶ μάχας.
καὶ συμπλοκαὶ δ' αὖ ἐξ ἑκατέρου μέρους
πολλάκις ἦσαν ἡμέρας πεπραγμέναι.

cesso dederunt veniam, (5075) tam gravi sacramento solventes senem; ridiculumque rettulerunt praemium, ut cum ipso interdum considerent.

Hoc exercente, ut diximus, tyrannidem a Romanorum defecere imperio, (5080) propterea quod tyranno parere nollent, urbes Bithyniae Prusa et Nicaea. igitur Andronicus instructo exercitu statim Nicaeam pergit, iram spirans; quam nitebatur capere moenia quatiens, (5085) et machinis et vario pugnae genere. nec tamen bene evenit oppugnatio, sed firma urbs perstabat atque incolumis machinas contra telorumque nimbos. sed regi demum, acceptis condicionibus, (5090) cessit, ad pristinum ordinem revertens, Nicaea pulchris domibus turrisque instructa. tunc Prusam Andronicus castra transtulit exercitu cum valido, structisque vineis et vallo circumiecto variisque machinis (5095) urbem summis viribus conabatur capere. sed tamen illa resistebat fortiter, propulsabatque machinas et aggressiones. sic pugnabatur ab utroque exercitu,

καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ μέγιστον ἐδρᾶτο χρόνου.
τέλος λεπισθέντος δὲ τείχους βραχύ τι
καὶ τοῦ σεσεῖσθαι δόξαν ἀστοῖς εἰσάπαν
κλίσιν τε παθεῖν ἐμβαλόντος ἐσχάτην,
πᾶς τις μαχητὴς ἔνδον ἀνείθη χέρας,
ἐναποθανὼν παρὰ βραχὺ τῷ δέει.
ἐντεῦθεν εἰσήλασαν ἔνδον εἰς πόλιν
οἱ τήνδ᾽ ἑλεῖν σπεύδοντες ἄνευ κωλύμης,
χρησάμενοι κλίμαξι πρὸς συνεργίαν.
ὁ δ᾽ Ἀνδρόνικος εἰσπεπαικὼς εἰς πόλιν,
ὡς ἄγριος θήρ, ὡς λέων βρυχητίας,
πάντας παρανάλωμα θυμοῦ καὶ ξίφους
μικροῦ κατειργάσατο, φεῦ τοῦ πάθους,
τοὺς μὲν παραδοὺς πικροτάτῳ θανάτῳ,
τοὺς δὲ στερήσας τοῦ φάους τῶν ὀμμάτων.
ὧν δ᾽ αὖ πόδας τέτμηκεν ἄμφω πρὸς βίαν,
καὶ χεῖρας ἄλλων, αἱμοχαρὴς καρδία·
οὓς δὲ στερεῖ φάους τε καὶ τῶν δακτύλων,
ποδῶν πάλιν ἄλλους τε καὶ τῶν ὀμμάτων.
Θεόδωρον δ᾽ Ἄγγελον, οἰκτίστου πάθους,
ἠΐθεον κάλλιστον, ἄνδρα γεννάδαν,
ἐξ ὀμμάτων θεὶς δυσανάλγητος γέρων,
ὄνῳ τ᾽ ἐπιθεὶς εὐτελεῖ πομποῦ δίχα,
γῆς Ῥωμαϊκῆς ἀπελαύνει μακρόθεν·
ἁλώμενον Τοῦρκοι δὲ τόνδ᾽ εὑρηκότες,
ἀπαγαγόντες εἰς ἑαυτῶν οἰκίας,

5112 φεῦ φεῦ?

saepe repetitis per diem proeliis, (5100) bellumque longo trahebatur tempore. postremo cum laborasset murus leviter, subrutum cives prorsus crediderunt, et mox ruinam tracturum extremam; quae res bellantium intus resolvit manus, (5105) mortalique animos pulsavit metu. tunc obsessores, repugnante nemine, in urbem irrumpebant studio alacri, superabantque appositis moenia scalis. porro Andronicus ipse in urbem irruit (5110) ceu violenta fera leoque rugiens, suaeque irae et gladio, pro dolor! cives cunctos propemodum consumendos tradidit. atque alios quidem diro supplicio enecuit, aliis exstinxit lumen oculorum, (5115) aliis utrumque pedem abscidi iussit, at manus aliis, heu sanguinarium animum! hos oculis digitisque privavit simul, illos vicissim pedibus atque oculis. at Theodorum Angelum, heu diram poenam! (5120) adulescentem nobilem et pulcherrimum, effossis oculis senex crudelissimus asino vili imposuit absque duce, Romanisque finibus procul expulit; quem errabundum invenientes Turcae (5125) suis receperunt domibus et ho-

ἐπιμελείας ἀξιοῦσιν ἀξίας.
Λέοντα δ' αὖθις Συνέσιον τοὐπίκλην
καὶ τὸν Λαχανᾶν Μανουήλ, ἄνδρας ξένους,
μετὰ δεκάδος τετραπλῆς ποσουμένης
ἀνδρῶν ἀρίστων, εὐγενῶν ἀριστέων,
οἰκτρῶς ἀπηώρησε δένδρων τοῖς κλάδοις
παραπεφυκότων γε Προυσαίων πόλει.
ποιναῖς δ' ἀπηνῶς ὑποβαλὼν μυρίους
ἐκεῖθεν ἦκε πρὸς Λοπάδιον πόλιν,
κἀκεῖ παραπλήσια τοῖς πρώην δράσας,
ἐπισκόπων ἕνα τε θεὶς ἐξ ὁμμάτων,
οὐκ εὐαφόρμως ἀλλὰ συνθεὶς αἰτίαν,
πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἔρχεται πόλιν,
γαυρούμενος Καδμείᾳ δυσκλεῶς νίκῃ,
γαννύμενός θ' αἵμασι τοῖς ἐμφυλίοις.
Ἦν Ἀνδρονίκῳ καὶ θρασὺς ὑπηρέτης,
ὅμοιος, ᾗ λέγουσι, παραπλησίῳ,
θερμουργός, αἰσχρός, ἀποφράς, μιαιφόνος,
προαιρέσει σύμμορφος αὐτοῦ δεσπότῃ,
τῶν συμφορῶν ὄργανον, ἀνὴρ αἱμάτων,
πλήρης κακίας καὶ χόλου καὶ πικρίας,
ἀκαμπὲς ἀμείλικτον ἦθος εἰσφέρων,
καλούμενος Στέφανος ἐξέτι νέου,
τῆς ὕβρεως στέφανος αἰσχύνης ἅμα,
ἐπώνυμον δ' Ἁγιοχριστοφορίτης,
ἢ μᾶλλον εἰπεῖν Ἀντιχριστοφορίτης.

spitio, et qua par erat confoverunt cura. Leonem item cognomine Synesium et Manuelem Lachanam, egregios viros, cum quadraginta circiter ornatissimis (5130) deque primaria nobilitate hominibus, miserabiliter ramis suspendit arborum, quae circa urbem Prusam germinabant. sic post inflictas quamplurimis poenas illinc ad urbem transiit Lopadium, (5135) ibique pari grassatus saevitia, excaecatoque etiam uno episcopo, non quasi temere sed conficta causa, ad principalem urbem pedem rettulit, gaudens Cadmea misere victoria, (5140) atque civili sanguine fuso gestiens.

Habebat Andronicus audacem famulum similem prorsus, ut aiunt, suo simili, acrem, audacem, turpem, sanguinarium, seque studiose conformantem domino, (5145) malorum instrumentum, cruentum virum, plenum malitia acerbitate bile, immiti rigidaque natura praeditum, Stephanum, id est coronam, a puero dictum, coronam nempe infamiae et contumeliae; (5150) martyris quidem nomen prae se ferentem, sed An-

τούτῳ βασιλεὺς ὀργάνῳ κεχρημένος
πλείστους ἀνῄρει κατέλευεν ἠδίκει·
δι' οὗ γε κατέλευσεν ἀδίκῳ κρίσει
καὶ Δούκαν Ἀνδρόνικον σὺν Μακροδούκᾳ,
ἄνδρας ἀρίστους, εὐγενεῖς στρατηγέτας·
τειχῶν γὰρ ἐκτὸς ἐν βασιλείοις δόμοις
ἄνακτος ὄντος, Μαγγάνῃ κεκλημένοις,
ὁρμῆς τε πλείστης συνδρομῆς παντὸς γένους
ἐκεῖσε προστάγματι συνηθροισμένου,
ἐξάγεται δὴ τῶν ἐκεῖ που δωμάτων
ἀνδρῶν λεχθεῖσα δυὰς ὡς θανουμένη,
καὶ παρὰ πάντων λιθολευστεῖται τάχος,
Στεφάνου κατάρχοντος ἀνόμου φόνου
καὶ πάντα θαρρύνοντος εἰς φονουργίαν.
εἶτα νεκροὺς σφῶν, ὢ μισανθρώπου τρόπου,
ξύλοις ἀπηώρησαν ἄστεος πέραν.
Τοιοῖσδ' ἐνησμένιζεν ἔργοις ἀτόποις
ποιναῖς ἀπανθρώποις πράξεσιν ὁσημέραι
καὶ θανασίμοις τε καὶ στυγητέαις
φονουργὸς Ἀνδρόνικος, ἡ φαύλη φύσις.
Τούτου κρατοῦντος Θεσσαλονίκη πόλις,
πόλις περιώνυμος, ἀρίστη κλέος,
πρόεδρος οὖσα Θετταλικῶν ἀστέων,
φεῦ φεῦ, ἑάλω Σικελῶν ὁμαιχμίᾳ
καὶ βαρβαρικῷ κατεδουλώθη κράτει.

5169 an ποιναῖς τ' ἀπανθρώποις ὁσημέραι μικροῦ καὶ πράξεσιν θανασίμοις στυγητέαις? 5175 σικελικῶν V

tichristi opera patrantem. hoc Andronicus instrumento utens plurimos laesit mactavit lapidavit. per hunc iniuste lapidavit etiam (5155) Andronicum Ducam cum Macroduca, viros egregios nobilesque duces. nam cum in regia extra muros domo, Mangane dicta, imperator degeret, atque illuc plurima plebis infinitae (5160) ipsius iussu turba coacta esset, producti sunt in publicum ex iis domibus duo praedicti viri ad supplicium, perque omnium manus sunt lapidati, caedis faciente initium iniquae Stephano, (5165) atque ad cruentum facinus exhortante. deinde exstinctos, o crudele facinus! lignis suspenderunt e regione urbis.

His se oblectabat immanibus operibus, suppliciis inhumanis et exsecrandis (5170) et exitiosis actibus quotidie crudelis Andronici ingenium pessimum.

Hoc imperante urbs Thessalonica, nobilis illa gloriosa civitas, Thessalicarum urbium regina, (5175) heu Siculorum capta est exercitu et in barbaricum cessit dominatum. etenim quidam Comnenus

Ἀλέξιος γὰρ ἐκ Κομνηνῶν τις γένους,
κάκιστος ἀνὴρ καὶ φθορεὺς Ῥωμαΐδος,
παρ' Ἀνδρονίκου φυγαδευθεὶς εἰς Σκύθας,
φυγὰς ἀπαίρει πρὸς Σικελίαν τρέχων,
καὶ τῷ τυραννεύοντι τῆσδε Λατίνῳ
εἰς ὄψιν ἐλθὼν εἰς ὁμιλίαν λόγων,
ὡς εἶχεν, ἐξέμηνε κατ' Ἀνδρονίκου·
ὅθεν στρατιὰν εὐτρεπίσας μυρίαν,
πεζήν τε ναυτικήν τε, ῥῆξ Σικελίας
ἐπὶ πόλεις πέπομφε χώρας τ' Αὐσόνων,
ἐπὶ μὲν Ἐπίδαμνον στρατὸν ἱππέων,
τὸν ναυτικὸν δὲ κατὰ Θεσσαλονίκης.
καὶ τὴν μὲν Ἐπίδαμνον ὡς νόμος μάχης
στρατὸς κατέσχε, καὶ σὺν αὐτῇ τὰ πέριξ·
καὶ διαδραμὼν καὶ σκυλεύσας τὰν μέσῳ
ταῖς ναυτικαῖς μέμικτο ταξιαρχίαις,
Θεσσαλονίκης προσμενούσαις τοῖς ὅροις.
καὶ συνδραμούσης στρατιᾶς ἑκατέρας
καθ' ἅλα κατ' ἤπειρον εἰς ὁμαιχμίαν,
καὶ προσβαλούσης τῇ πόλει πανταχόθεν,
φεῦ φεῦ, ἑάλω Θεσσαλονίκη πόλις,
πόλις προεδρεύουσα τῶν Μακεδόνων,
καὶ Σικελοῖς ἔκλινε πρὸς βίαν κάραν.
καὶ λοιπὸν οἵας τῶν κακῶν Ἰλιάδας
καὶ συμφορῶν πέλαγος ἢ τραγῳδίας
πέπονθεν εἶδεν ἀθλίως αὕτη πόλις,
οὐκ ἐκτραγῳδήσειεν ἄν τις ἀξίως.

Alexius, pessimus homo patriaeque exitium, ab Andronico relegatus in Scythiam, (5180) profugus exsul venit in Siciliam, atque Latinum insulae tyrannum conveniens, atque admissus ad colloquium, hunc Andronici tanto inflammavit odio ut congregatis copiis innumeris (5185) nauticis et pedestribus rex Siciliae contra Romanas expediret terras, equestres quidem Epidaurum copias, nauticas autem ad Thessalonicam, et Epidaurum quidem virtute bellica (5190) cepit terrestris miles cum vicinia; populatusque terras interpositas cursu pervenit illinc ad classem suam Thessalonicae in finibus exspectantem. utroque igitur concurrente exercitu (5195) a continente terra ac mari, et quaquaversus urbem circumdante, heu heu, capta est Thessalonica civitas, illa, inquam, Macedonum metropolis, et Siculis coacta cervicem flexit. (5200) deinceps quantas malorum Iliadas, calamitatum tragoediaeque pelagus perpessa sit ac viderit infelix civitas, nemo pro meritis sane

τῶν Σικελῶν γὰρ εἰσρυέντων εἰς πόλιν
ἤβηδὸν ἐσφάττοντο πάντες τῷ ξίφει,
ἄλλοι δὲ πάλιν ἐσκυλεύοντ' ἀθλίως.
γυναῖκες ὑβρίζοντο παρθένοις ἅμα,
καὶ πᾶς νεώς τις παρθενών τε καὶ δόμος
τῶν ἔνδον ἠρήμωτο πάντων πρὸς βίαν.
πᾶσα δ' ἀγυιὰ καὶ στενωπὸς καὶ τρίβος
αἱματοφύρτοις ἦν κεχραμένη λύθροις
καὶ νεκριμαίων σωμάτων πεπλησμένη.
πανταχόθεν γοῦν δάκρυα θρῆνος γόος
καὶ κώκυτός τις καὶ τραγῳδία ξένη,
ἵνα καθάπαξ συνελὼν τὸ πᾶν φράσω,
καὶ συμμιγὴς θροῦς ἀνεπέμπετ' ἀθρόον.
τοιοῖσδ' ἐτετρύχωτο κακοῖς ἡ πόλις.
Ὁ δ' Ἀνδρόνικος τῶν κακῶν οὐκ ἠμέλει,
ἀλλ' οἷα δοῦλος ἀτεχνῶς Ἐριννύων
ἢ Τελχίνων ὢν δαιμόνων ὑπηρέτης,
ἦγουν ἀπηνὴς Ἔχετος ἢ Καμβύσης
ἢ Φάλαρις ἄγριος ἢ Ταυροσκύθης,
ὑπήκοον πᾶν ἐκρεανόμει τάλας.
δμαίμονας μὲν Σεβαστιανοὺς δύο
κακῶς ἀναρτᾷ καὶ θανατοῖ τῷ ξύλῳ·
Ἀλέξιον δὲ Μανουὴλ παῖδα νόθον,
ὃν εἶχε γαμβρὸν εἰς θυγατέρα νόθην,
ἐξ ὀμμάτων τίθησιν ἀδίκῳ δίκῃ,
καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐκτυφλοῖ τοὺς βελτίους,
ἕνα δὲ τὸν Μάμαλον ὑπογραφέων

narrare queat. Siculis enim in urbem irrumpentibus (5205) puberes cuncti caedebantur gladio, matronae virginesque dehonestabantur; omnia templa et parthenopaea despoliabantur violenta manu; (5210) plateae omnes, angiportus, viae morticinis corporibus plenae erant, cruentique tabi rivis redundabant. ergo lacrimae ubique, luctus, clamor, ululatus et horribilis tragoedia: (5215) sic enim paucis dicere rem verbis iuvat; mixtusque ferebatur ad caelum clamor. atque his civitas atterebatur malis.

At Andronicus malitiam suam non desinens, quin adeo ceu Furiarum quidam famulus, (5220) et lymphatorum daemonum minister, aut crudelis Echetus vel Cambyses, vel Phalaris ferinus vel Scytha Tauricus, subditos cunctos miser devorabat. etenim fratres Sebastianos duos (5225) diro suspensos interfecit ligno. Alexium, Manuelis nothum filium, cui spuriam filiam suam iugarat nuptiis, oculis cassum fecit sententia iniqua, eiusque potiores asseclas excaecavit. (5230) scribam

πυρὶ παραδέδωκεν ἐν τῷ σταδίῳ.
καὶ Τρίψυχον δ' αὖ (ὡς ἐπαινῶ σ' ὦ δίκη),
ὃς ἔδρασεν χείριστα πολλοὺς ἀδίκως,
ἔθηκε τυφλόν, μὴ βλέποντα φωσφόρον.
ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ καὶ βραχεῖ φάναι,
ἐφ' ἡμερῶν τούτου γε Τίμωνος τρόπον
θλῖψις, ὀδύνη, συμφορῶν μυρμηκιά
πάντας κατεῖχε, συνοχή τε δακρύων
καὶ χαλεπῶν σύρροια καὶ τρικυμίας·
καθ' ἣν γὰρ οὐκ ἔδρασε κακῶς ἡμέραν
τῶν τινὰ λαμπρῶν τιμίων τῶν ἐν τέλει,
παντάπαν ἀβίωτον ἡγεῖθ' ἡμέραν.
ὅθεν γυναῖκες ἄνδρες ἠγμένοι βίᾳ
φρουρᾷ τε λιμῷ καὶ κολάσει καὶ μόρῳ
ὠπῶν σβέσει τε, σωματικαῖς αἰκίαις
ἄλλαις τε ποιναῖς παρεδίδοντ' ἀδίκως.
Τοιαῖσδ' ἐνησμένιξε πράξεων ἄναξ.
ὅμως μετεῖχεν ἀγαθῶν καὶ μετρίων·
ἔθαλπε καὶ γὰρ δωρεαῖς ὑπηκόων
τοὺς ἐνδεεῖς τε καὶ πένητας πλουσίως,
ἦν εὐνοοῦντας ἤσθετο σφᾶς ἀδόλως.
καὶ τῶν δυνατῶν ἁρπαγὰς τὰς ἀδίκους
καὶ κακιῶν πίδακα πλειονέξίαν
ἐκ Ῥωμαΐδος ἀπελάσας χωρίων
ἐπαρχίας ἤγαγεν εἰς ἐπιδόσεις.
οὐκ ἦν ἀπειλὴν πράκτορος κλύειν τότε,

5239 τρικυμία?

autem quemdam dictum Mamalum flammis exurendum in stadio tradidit. Tripsychum quoque, o iustum dei iudicium! inique multis pessima qui fecerat, caecum solisque radiis carentem fecit. (5235) atque ut summatim breviterque dicam, huius novelli tempore Timonis poenae, tristitiae, calamitatum cumulus cunctos tenebant, lacrimaeque iuges, et malorum quidam torrens ac tempestas. (5240) qua die enim nemini male fecerat nobilium hominum atque procerum, hoc se vixisse non putabat die. feminae ergo et viri rapti domibus vinclis, fame, mortibus, vexationibus, (5245) oculorum orbitate et cruciatibus aliisque poenis plectebantur innocui.

His se oblectabat actibus imperator. sed boni quiddam aequique simul inerat: nam beneficiis recreabat plurimis (5250) pauperes subditos tenuesque, siquidem vere sibi benivolos comperiret; ac praepotentium iniustas direptiones criminumque fontem avaritiam cuncto Romano submovens imperio, (5255) meliori condicioni provincias reddidit.

καὶ τὰ πενήτων πάντα καλαμωμένου
ἐν τῷ μόνον πρόφασιν εὑρεῖν κακίας·
οὐ δημοσίων ὠνίους τὰς ἐκτίσεις
δρᾶν τελουμένας γε τοῖς ἠρημένοις,
ἀλλ' ἀποδούς τις Καίσαρι τὰ Καισάρων
ὑπῆρχε λοιπὸν ἀπαθὴς κακῶν ἔτι,
ὡς δημόσια πᾶς τις εἰσπράττων τότε
ὀψωνίοις ἦν τάδ' ἀπαιτῶν ἐν δίκῃ,
ἀρχαιρεσιῶν προῖκα παρεσχημένων
πασῶν ἀριστίνδην τε καὶ κατ' ἀξίαν,
οὐδὲν δὲ πλουτίνδην γε τοῖς ἐκ τριόδων.
ἦ Δαβὶδ οὐκοῦν ἐμμελῶς ψάλλων λέγει,
δικαιοσύνης, πρὸς δέ γ' εἰρήνης χάρις·
συνῆλθον ἡσπάσαντο φιλίως τότε.
ἔθος δ' ἐναγὲς καὶ παράνομον λίαν
καὶ πρᾶξιν ἀπάνθρωπον ἀδικωτάτην,
τῶν ναυαγουσῶν φορτίδων κατὰ τόπους
ἐκ πνευμάτων βίας τε καὶ καταιγίδος
καὶ συντριβεισῶν, εἶτ' ἀκταῖς ἐρριμμένων
ἀγωγίμων σκύλευσιν ἁρπαγὴν λύσιν,
πρὸς τῶν προσοίκων ἀσεβῶς τελουμένας,
ἔστησεν οὗτος, ἀντιπνεύσας ὡς κράτωρ
σφοδραῖς ἀπειλαῖς, προσταγαῖς ἐμβριθέσιν,
ἀσυμπαθῶς θάνατον ἔξειν ζημίαν
πάντα παραβαίνοντα προστεταγμένα
παρεγγυώσαις καὶ κυρούσαις εἰσάπαν.
"εἴ τις γὰρ" εἶπε "χωρίων παραλίων

tunc nusquam exactoris audisses minas, qui tenuiorum patrimonia quateret, quamlibet obtendens malitiae causam. neque venalia exposita vidisses (5260) tunc vectigalia publica redemptoribus: verum qui Caesari rem dedisset Caesaris, de reliquo securam agebat vitam. iam qui tributa publica exigebat, stipendiis ipse instructus id iuste agebat, (5265) quia gratis dabantur dignitates cunctae cuique optimo ac merenti, nemini indigno qui pecunia emeret. ergo ut carminibus psaltes David cecinit, iustitia simul et venusta pax (5270) tunc coniuratae amice osculabantur. insuper morem impium scelestissimum, facinus inhumanum iniustissimum, uti naves alicubi naufragae, ventorum violentia et tempestatis (5275) confractae, et mox ad littora proiectae sarcinae direptionem ac perniciem contra fas omne ab accolis paterentur, sustulit Andronicus regio nutu; qui gravi iussu ac minis vehementibus (5280) certam constituit mortem ac supplicium his qui decretum violarent suum, idque cum poena aeternum ratumque voluit. si quis loco-

κύριός ἐστιν εὐγενῶν ἐριτίμιων,
ἢ παρ᾽ ἐμοῦ πέφυκεν ἀρχὴν διέπων,
πρώτισθ᾽ ἑαυτόν, εἶθ᾽ ὑπηκόων στῖφος
καταρτισάτω πρὸς θεοῦ θεῖον φόβον
ὑποστολήν τε τῆς ἐμῆς κραταρχίας·
ἢ δεσπότης πᾶς κτήματος παραλίου
ἐπαρχίας ἄρχων τε, κἂν ᾖ τιμίων,
ὁ παρὰ νηῶν ναναγουσῶν λαμβάνων
ἀγωγίμων τι, φανερῶς γινωσκέτω
πρόστιμον ἔξων τὸν θάνατον ἐνδίκως,
κἂν ᾖ μὲν αὐτὸς καθαρὸς τῇ καρδίᾳ
χερσὶ δ᾽ ἀθῶος ἀμέθεκτός τ᾽ εἰσάπαν,
οἱ δ᾽ ὑπὸ χεῖρα κάτοχοι ταῖς αἰτίαις·
ἄρχοντι καὶ γὰρ ἐξισοῦσθαι προστάτῃ
εἴωθεν ἅπαν ὑποχείριον θέλειν.
τίσει δὲ πότμιον ἐντολῶν παραβάτης
φρικαλέον τε καὶ δυσήκουστον τάχα,
παθῶν κρεμάθραν ἀνάτασίν τ᾽ ἀθλίαν
νεὼς ἐφ᾽ ἱστοῦ συντριβείσης τῷ σάλῳ."
τοιόνδ᾽ ἐπισείσας γε σύμπασι δέος
θεοστυγὲς πέπαυκε κρατῆσαν ἔθος·
καὶ λοιπὸν οὐκ ἦν καθορᾶν τὰς φορτίδας,
περιπεσούσας ἐκ σάλου ναναγίῳ,
ἀγωγίμων σκύλευσιν ὑφισταμένας,
ἀλλ᾽ ἦν γαλήνην ἐκ τρικυμίας βλέπειν
διαγελῶσαν ναναγούσαις ὁλκάσιν.

5295 ἀμέθυκτός V

rum, inquit, maritimorum possessor est de genere optimatium, (5285) seu magistratum traditum a me gerens, primo se ipsum dein subditorum ordinem ad dei sanctum timorem instituat, atque ad imperii nostri reverentiam. tum praedii si quem dominum maritimi (5290) provinciaeve praesidem, quamvis nobilem, de naufragarum navium quidpiam sarcinis percepisse certo constabit indicio, hunc manet dirum merito supplicium, etiamsi forte ipsemet mente purus (5295) manuque prorsus incontaminatus fuerit, si tamen eius subditi se reos fecerint, quandoquidem rectori praesidentique subditi cuncti conformari solent. transgressor autem legis perpetietur (5300) inauditam illico horrendamque mortem: triste suspendium extensionemque in malo navis naufragae experietur. cum talem cunctis incussisset metum, inveterati moris cessavit scelus. (5305) exin iam nulli contingebat navi ut spoliaretur onere a praedonibus, si forte in mari faceret naufragium; sed tempestati serenitas successerat, periclitantibus favens onerariis.

Ἦν καὶ κολαστὴς χειροδίκαις ἀνδράσι,
ποινήν τε τιθεὶς ἀδικοῦσι καὶ δίκην,
κἂν ᾖ ἀδικῶν εὐγενῶν λαμπρῶν γένει,
ὡς μὴ κατ' ὄψιν ἀλλὰ δικαίως κρίνων,
καὶ κατὰ μικρόν, ᾗ φασί, καὶ τὸν μέγαν.
Καὶ τῶν τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων
ναὸν περιώνυμον ἠγλαϊσμένον,
χρόνῳ παλαιωθέντα καὶ κεκμηκότα,
ἀνανεοῖ κάλλιστα πλείσταις δαπάναις·
οὗ καὶ δόμους ἤγειρε πρὸς κατοικίαν,
δεῆσαν ἐλθεῖν πρὸς νεὼν τῶν μαρτύρων,
πολυτελεῖς τε ποικίλους τέχνῃ, ξένους.
καὶ πατέρας δὲ τῶν λόγων καὶ τοὺς λόγους
οὗτος βασιλεὺς ἀξίους τιθεὶς λόγου
σφᾶς δωρεαῖς ἥδυνεν ἁβραῖς ὡς θέμις.
Ὢν δ' ἀτεχνῶς μάγειρος ἀνθρώπων ὅδε,
μᾶλλον δὲ Σατὰν ἄλλος ἀνθρωποκτόνος,
ᾗ φησὶ Δαβίδ, ὠδινήσας δὴ πόνον
παρανομίας ἀποτίκτει φεῦ μόρον.
ὅριστο τοίνυν, ὦ μισανθρώπου τρόπου,
καθειργμένους ξύμπαντας εἴτε φυγάδας
ἄρδην βυθῷ τε καὶ ξίφει καὶ θανάτῳ
παραδοθέντας τὸν βίον καταστρέφειν,
αὐτούς τε πάντας καὶ προσήκοντας γένει·
τί γάρ, κεφαλῆς εἰ μιᾶς τετμημένης

5321 τε] τε καὶ V

(5310) Insuper Andronicus iniustos homines poena adficiebat debitaque ultione, quantumvis reus nobilis clarusque foret: scilicet haud pro persona sed iuste iudicans, et tenuem atque magnum perinde aestimans.

(5315) Is etiam Christi quadraginta martyrum celebrem valde aedem et ornatissimam, tunc laborantem temporis iniuria, instauravit optime impensa plurima; ibique aedes ad habitandum struxit, (5320) si quando ad dictum templum ipse accederet, vario artificio sumptuosoque miras. insuper literas cum suis professoribus hic imperator plurimi aestimavit, largisque fovit donis, prout fas erat.

(5325) Iam cum hic esset prorsus lanius hominum, immo vero Satan alter homicida, ubi concepit, ut ait David, dolorem, iniquitatis peperit eheu mortem. decretum fit, proh inhumanum facinus! (5330) ut cuncti inclusi carcere vel exsules mari vel gladio vel alio mortis genere, nemine excepto, vitae finem cernant, ipsi et coniuncti omnes iure generis. "cur enim" ait "uno resecto capite (5335) alia consurgent plura

φυήσεται κάρηνα χείρω καὶ πλέω;
ὦ παμμιάρου καὶ θεοστυγοῦς δίκης
καὶ σατανικοῦ σκέμματος μισητέου,
κατακρίνοντος παντὸς ἀνθρώπου μόρον.
σκέμμα πονηρὸν ἐγγραφὲν τόμοις τόδε
πρὸς τῶν κρινόντων ἄνομα δικασπόλων
εἵληφεν Ἀνδρόνικος φυλάττειν κράτῳρ·
ὃ τάχ' ἂν ἐξήνυστο, φεῦ φεῦ, πρὸς πέρας
καὶ πάντες ἐσφάττοντο θρεμμάτων δίκην
οἱ πανταχοῦ γῆς Αὐσόνων καθειργμένοι
σὺν τοῖς καθ' αἷμα καὶ προσήκουσι γένει,
εἰ μὴ βροτουργὸς τῶν ὅλων καὶ δεσπότης
ἔθηκεν Ἀνδρόνικον ἐκποδὼν φθάσας,
σκέμματα δ' ἀπέδειξεν ἄκυρα τάδε.
Οὗτος στενά οἱ καθορῶν πανταχόθεν
πράγματα συμβαίνοντα, δύσκολα πάνυ,
ἐκ Σικελικῶν δυσμάχων στρατευμάτων,
ἅπερ παρεστήσατο Θεσσαλονίκην,
ὡς ἀνόπιν εἴρηκεν ἱστορεῖν φθάσαν,
καὶ μέχρι Σερρῶν καὶ Βολεροῦ πεφθάκει,
πρὸς δ' αὖ ἑαυτῷ δυσμενοῦς ὑπηκόου,
ἀπεῖδε πρὸς πρόγνωσιν ὧν μέλλων χρόνος
τὴν ἔκβασιν δίδωσιν ἠρωτηκόσι,
τὴν διὰ πλυνοῦ μαντικῆς τε φευκτέας.
ἀλλὰ παρεῖναι τοῖς τελουμένοις τότε
αὐτὸς μὲν ἀπείπατο, μῶμον ἐκκλίνων,
ὑπηρέτῃ δ' Ἁγιοχριστοφορίτῃ

et peiora?" hem exsecranda horribilis sententia! hem maledictum satanicum decretum, a quo tot leto destinabantur homines! atque hoc inscriptum libellis decretum, (5340) ab iniquissimis acceptum iudicibus, Andronicus imperator custodiebat; idque heu quantocius exsecuturus erat, pecudum instar tot homines iugulans quot per imperium in vinclis erant, (5345) cum consanguineis cunctis et affinibus, nisi creator generis humani ac dominus praeoccupasset perdere Andronicum taliaque in cassum vertere consilia.

Interim Andronicus cuncta cernens (5350) adversa sibi fieri et difficilia propter victores Siculos exercitus, qui Thessalonicam occupaverant, prout superior narravit historia, et nunc iam Serras Bolerumque advenerant, (5355) insuper gnarus subditis se invisum, ad divinandum temporis futuri casus per homines hariolos convertit animum, abominanda utens hydromantia. et interesse quidem cum hariolis (5360) noluit ipse, derisionem cavens: verum haec ministro commisit Stephano

φέρων ἀνατίθησι νυκτεργασίαν·
ὃς παραλαβών τινα Σὴθ κεκλημένον,
πηρὸν μὲν ὄψεις μαντικὴν δ' ἠσκημένον,
οὗ χάριν ἐκκέκοπτο τὰς κόρας πάλαι
πρὸς πορφυρανθοῦς Μανουὴλ μαλ' ἐνδίκως,
πυνθάνεται δὴ τῶν πονηρῶν πνευμάτων,
φαύλης ἐπῳδῆς μαντικῇ πεπραγμένης,
ὅστις μετ' Ἀνδρόνικον ἄρξων τυγχάνει
ἢ παραλύσων τόνδε τῆς κραταρχίας.
πνεῦμα δ' ἀνεῖλεν ἐκ πλυνοῦ βεβυσμένα,
μᾶλλον δ' ἀμυδρῶς ὡς ἐν ὕδασι λέγον
σκιαγραφεῖ γράμμασι πεπλανημένοις
Ἰσαάκιον, ὡς ἐνῆν ἀπεικάσαι,
οὐ κλήσεως γράμματα συντάξαν ὅλα,
ὥσπερ σελήνης δ' ἀμφικύρτου φαντάσαν
ἡμίτονον σχῆμά τι καὶ πεπλασμένον,
καὶ τοῦδ' ἰῶτα προγράφει λοξῶς τύπον.
ἤκουσεν Ἀνδρόνικος πεύσεως λόγους,
καὶ καιρὸν εἰπεῖν ἀξιοῖ καθ' ὃν τάδε.
πεῦσις τὸ λοιπὸν γίγνεται δὴ δευτέρα,
καὶ πνεῦμ' ἀνεῖλε δι' ἐπασμάτων τάδε,
ὡς ἡμέρας ἔντοσθεν ὑπάρξει τάδε
καθ' ἣν τὸ τρισόλβιον ὑψοῦται ξύλον.
μίαν δ' ὁ Σεπτέβριος ἦγε πρὸς δέκα,
ἐπὰν ἐδρᾶτο πρᾶξις ἀρρητουργίας.

5378 scilicet antiquus typus graeci sigmatis est *C*, cui praeposita *I* satis portendebat nomen Isaacii, *IC*. verum Nicetas Choniates, 2 9, ait literam *I* non praepositam sed subiunctam fuisse ob augendam ambiguitatem. M.

sacra nocturno tempore peragere. qui ad se vocans Sethum quendam nomine caecum, sed arte hariolum, ob idque olim (5365) iusta sententia oculis privatum a Manuele purpurae regiae flosculo, interrogare coepit malos daemonas per nefariae artis incantationes, quisnam post Andronicum Caesar foret, (5370) vel huius quisnam raperet imperium. daemon ex pelvi rettulit ambigua, et perobscure dum per aquam loquitur, delineavit literis fallacibus, quantum coniicere licuit, Isaacium. (5375) nec vero nominis cuncta elementa scripsit, et semiplenae obtulit tamquam lunae figuram dimidiatam, atque ambigue ei lunae iota literam praeposuit. oraculi Andronicus verbis cognitis, (5380) tempus poposcit scire quo haec fierent. iterum ergo rogatur oraculum. tum sic composito carmine daemon ait "haec intra diem exitium sunt habitura quo venerandum solet exaltari lignum." (5385) porro Septembris iam erat

ἃ λῆρον ἡγήσατο γνοὺς ταῦτα κράτωρ,
"πῶς ἂν τότ' ἰσχύσειεν" εἰπὼν "Κυπρόθεν
πλεύσας Ἰσαάκιος ἐν βραχεῖ χρόνῳ
οὕτω καταστρέψαι με τῆς κραταρχίας;"
τὸν Κυπρίων τύραννον οἰηθεὶς πέλειν
τὸν καθελεῖν μέλλοντα τόνδε τοῦ κράτους,
ἄνδρα Κομνηνῶν ἐκ γένους κατηγμένον,
ἀποστάτην δὲ τοῦ κράτους δεδειγμένον,
ἀρχήν τε τὴν ὕπαρχον εἰς ἀναρχίαν
τυραννίδα τε δυσμενῶς τεθεικότα,
τὴν Ἰσάκου κλῆσιν δὲ πεπλουτηκότα.
Οὕτω νομίσας Ἀνδρόνικος καὶ φράσας
εἰς ἀρχικὰ δώματα τὰ πρὸς Ἀνάπλῳ
πρὸς διατριβὴν καὶ διάχυσιν ἔβη.
ὁ δ' αὖ κακοῦργος ἀντιχριστοφορίτης
τρέχων ἁφῖκτο σὺν ὀλίγοις οἰκέταις
πρὸς οἰκίαν εὔκτιστον Ἰσαακίου,
καὶ τόνδ' ἐφώνει τῶν δόμων κατιέναι
καὶ τῷδ' ὁμαρτεῖν οὗ δοκεῖ πορευτέον.
ὁ μὲν δεδιὼς τὴν ὁμοκλὴν αὐτίκα
θεοκλυτῶν ὑπῆρχε ῥυσθῆναι μόρου·
ὁ δ' ἀγρίῳ βλέμματι καὶ βοῇ πάλιν
αὐτὸν κατελθεῖν ἐγκελεύεται τάχος.
ἀλλ' ὡς ἑώρα βραδύνοντα καὶ πάλιν,
τοῖς οἰκέταις ἦν ἐγκραγὼν μετὰ χόλου
σύροντας αὐτὸν κατάγειν οἰκημάτων.

dies undecima, cum haec arcana divinatio fieret. has imperator nugas esse credidit: "quomodo enim" inquit "Cypro poterit huc navigare Isaacius tam brevi tempore, (5390) meumque regni solium evertere?" existimabat enim tyrannum Cyprium ad eversionem sui venturum throni, virum Comnena de gente progenitum, qui perduellem se imperio exhibens (5395) insulae praefecturam ad se rapuerat, ibique saevam exercebat tyrannidem, atque Isacus nomine appellabatur.

Sic Andronicus dicens atque existimans ad regias aedes ivit quae sunt in Anaplo, (5400) ut sese in illo oblectaret hospitio. interim tamen maleficus Stephanus cum paucis raptim venit familiaribus ad pulchras aedes Isaacii Angeli, eumque voce iussit prodire domo, (5405) seque ducem sequi quorsum tenderet. ille minaci consternatus voce, ut se morti subduceret deum rogabat. Stephanus torvis oculis inclamans iterum ut sine mora sequeretur iubet. (5410) verum ut vidit demorantem adhuc, intendit vocem ad satellites suos, ut eum correptum aedibus

μόλις κατελθεῖν ἐκβιασθεὶς τῇ βίᾳ
ἵππον τ' ἀναβὰς ἠὐτρεπισμένον τότε
ἐξ Ἀγγέλων Ἰσακος, ἀνδρειοφρόνως
σπασάμενος φάσγανον ἠκονημένον,
ἐφάλλεται δὴ ἀντιχριστοφορίτῃ,
καὶ κατενεγκὼν τοῦδε πληγὴν καιρίαν
διχῇ κεφαλὴν διέκοψε τῇ σπάθῃ.
ὃν καὶ προκεῖσθαι τοῖς κυσὶ λιπὼν ἕλωρ,
ὅλῳ ῥυτῆρι πρὸς νεὼν τρέχει μέγαν
δι' ἀγορᾶς τε καὶ λεωφόρου μέσης,
καὶ χειρὶ γυμνὸν τὸ ξίφος φέρων ἔτι
πᾶσιν τορὸν κέκραγε τῷδε τῷ ξίφει
τεμεῖν κεφαλὴν ἀντιχριστοφορίτου.
ἐπεὶ δὲ ναὸν εἰσέδραμε τὸν μέγαν,
τὸν τῶν φονουργῶν ἔσχεν εἰς στάσιν τόπον.
εἶτα συνέρρει κατὰ χιλιοστύας
ἄπειρα πλήθη πρὸς θέαν Ἰσακίου,
οὓς καὶ καθικέτευσε τῷδ' ἐπαμύνειν
καὶ τὴν δυνατὴν εἰσφέρειν συμμαχίαν,
ὄντι πρὸς αὐταῖς τοῦ θανάτου ταῖς πύλαις.
ᾧ καὶ κατανεύοντας εἶχεν εἰς τόδε
ἄλλους τε πολλοὺς καὶ προσήκοντας γένει.
ἐπεὶ δὲ παρῆν οὔτις ἐκ βασιλέως
ἐπαγανακτῶν οὐδ' ὅλως τοῖς δρωμένοις,
οἱ συλλεγέντες θάρσος ἀνειληφότες
ἐχρῶντο γλώττῃ παντάπασιν ἀπύλῳ,

5427 cf. Nicetas Choniates 2 10. M.

protraherent. tum demum tali vi coactus equum, qui bene instructus aderat, conscendit (5415) Angelus Isaacius, sumptoque animo acutum gladium de vagina promens impetu contra Stephanum impium ruit, atque eum mortali consecutus ictu caput bifariam ensis acie secuit; (5420) et praedam canibus hominem relinquens, effuso cursu magnum ad templum venit per viam publicam perque forum medium; nudumque adhuc manu gladium gerens cunctis inclamabat "hoc ego gladio (5425) capite obtruncavi scelestum Stephanum." at ubi in magnum pervenit templum, homicidarum pulpitum insedit. deinceps confluente turba maxima innumeroque populo ad Isaacium, (5430) hos obsecrabat ut sibi suppetias ferrent et validam defensionem, in ipsa posito mortis ianua. et erant permulti ad hoc fautores, maxime quidem genere propinqui. (5435) cumque a rege nemo superveniret qui coepta illa minis disturbaret, praedicti fautores sumpta audacia liberis iam succlamabant voci-

καὶ τῷδ' ἐπηγγέλλοντο σύναρσιν ξένην.
ὡς οὖν ἐκείνη παρέδραμεν ἡμέρα,
ἄλλη δ' ἐπῆλθε, πρωΐας οὔσης ἔτι
ὅμιλος ἅπας ἀστικὸς Βυζαντίδος
κατὰ ποταμῶν ῥεύματα ταχυρρόων
εἰς ναὸν εἰσέρρευσε τοῦ θεοῦ μέγαν.
καὶ τί με δεῖ γράφοντα μηκύνειν λόγον;
βάλλουσιν Ἀνδρόνικον ταῖς δυσφημίαις,
κρίνουσι δ' Ἰσάκιον ἄξιον στέφους.
πρὸς τοῖσδε πάντας φυλακαῖς καθειργμένους
ἀνέντες εἱρκτῆς πλεῖστον ἠθροισαν στῖφος.
ἦν λοιπὸν ἰδεῖν μυρίους ξιφηφόρους,
πεφραγμένους θώραξιν ἀσπίσιν ὅπλοις,
ἄλλους ῥοπάλοις καὶ ξύλοις ὡπλισμένους.
καὶ συναγωγῆς παμμιγοῦς ἠθροισμένης
Ἰσαάκιος βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
φημίζεται δὴ παρὰ πάντων χειλέων,
ἐφαρμόσαντός τινος αὐτοῦ τῇ κάρᾳ
στέφος μεγίστου κράτορος Κωνσταντίνου,
ἄνω τραπέζης μυστικῆς ἠρτημένον.
τούτου τὸ πρῶτον Ἀνδρονίκου τῷ δέει
στεφηφορίαν ῥᾷστα μὴ δεδεγμένου,
θεῖος συνεστὼς οἱ Δούκας Ἰωάννης,
ἀνὴρ πολιὸς φαλακρὸς βαθυγέρων,
κάλυμμα κάρας ἐκβαλὼν ἐλιπάρει
ἐπὶ κεφαλὴν ἰδίαν θεῖναι στέφος.
δῆμος δ' ἰδόντες ἐψιλωμένην κάραν,

bus, atque Isaacio firmam spondebant opem. (5440) ergo ut illa praeteriit prima dies, iamque alia advenerat, summo mane populus cunctus Byzantinae urbis fluminis instar ociter ruentis ad praecipuum confluxit templum dei. (5445) cur autem ego longos sermones nectam? incessunt maledictis Andronicum, Isaaciumque dignum edicunt stemmate. insuper omnes carceribus clausos emittunt, atque turbam conficiunt maximam. (5450) tunc vero innumeros vidisses ensiferos, thoracibus et scutis armisque accinctos, alios denique lignis clavisque instructos. sic ergo adstante concione omnigena rex atque imperator Isaacius (5455) concordi labio a cunctis acclamatur, cum ei quidam in caput imponeret imperatoris maximi Constantini coronam, quae de sacra pendebat mensa. cum Andronicum tamen adhuc timens (5460) coronam Isaacius aegre admitteret, patruus eiusdem praesens Ioannes Ducas, vir canus, immo et calvus et senecio, denudans caput pileo, obsecrabat ut suam frontem redimerent stemmate. (5465) populus recalvastrum caput cernens,

λαβεῖν ἀπηγόρευσαν αὐτῷ τὸ στέφος,
γέροντ' ἐπ' αὐτοὺς βασιλεύειν μηκέτι
δι' Ἀνδρόνικον μὴ θέλειν εἰρηκότες,
πολλὰ παρ' αὐτοῦ τῶν κακῶν πεπονθότες.
Τέως δ' ὑπάρξας δημοπρόβλητος κράτωρ
Ἰσακος, ὡς ἄνωθεν ἱστορεῖν ἔφη,
ᾔει πρὸς οἴκους τοὺς βασιλείους βάδην
σὺν πατριάρχῃ καὶ λεὼ πλείστου στίφει.
Ἀνδρόνικος δ' ὢν ἐν Μηλουδίου δόμοις,
ἐπείπερ ἠνώτιστο τὰ πεπραγμένα,
ἧκε τριήρει πρὸς παλάτιον μέγα
ἐν ἀπτέρῳ δή τινι πεπλευκὼς τάχει.
ὡς οὖν ἀφῖκτο καὶ νεόχριστος κράτωρ,
ἀντιμαχεῖν ἤρξατο κρατάρχης γέρων,
ἱστοὺς ἀφιεὶς ὑψόθεν σὺν βραχέσιν
πᾶσιν ἐπιοῦσί τε καὶ στεφηφόρῳ.
ὡς τηνάλλως δ' ἔγνωκε μοχθεῖν τριγέρων,
πέδιλα ῥίψας κοκκοβαφῆ καὶ στέφος,
καὶ τοῦ τραχήλου σταυρὸν ἐκβαλὼν τάλας,
ἐνθεὶς δὲ κρατὶ βαρβαρικόν τι πῖλον,
ἐμβὰς τριήρει πρὸς Ταυροσκύθας ἔπλει.
εἴσω δ' Ἰσαάκιος ἀρχικῶν δόμων
εὐθὺς παρελθών, βασιλεύς τ' αὐτοκράτωρ
ἀναγορευθεὶς Ῥωμαΐδος τῆς ὅλης,
ἔστειλεν Ἀνδρόνικον ἄξοντας τάχος.
ὃν κατὰ Χηλὴν ἄστυ συνειληφότες,
ὡς φθὰς ἔφην, φεύγοντα πρὸς Ταυροσκύθας

negavit huic coronam se donaturum; aitque regem senem se iam nolle, Andronici causa, a quo malorum tantam nuper congeriem perpessi erant.

(5470) Tunc ergo a populo electus imperator Isaacius, ut meum hactenus carmen dixit, ad regiam pedetemtim ibat domum cum patriarcha populoque plurimo. at Andronicus in Meludii regia (5475) versans, ut gestam rem inaudiit, venit trireme ad palatium magnum, volucri nempe cursu fretum permeans. superveniente tunc novello Caesare, repugnare coepit armis senex dominus, (5480) tela cum paucis desuper coniiciens contra adventantes omnes atque Caesarem. sed cum se frustra laborare senex sensit, purpureas crepidas et coronam abiecit, crucemque miser collo abstulit; (5485) barbaricumque capiti imponens pileum, trireme inscensa ad Tauridem fugiebat; ingressus autem palatium Isaacius, statim Romani universi imperii dominus acclamatus atque imperator, (5490) misit qui Andronicum ad se retraherent; quem prope urbem Chelen compre-

ἄνακτι παρέστησαν Ἰσαακίῳ.
καὶ λοιπὸν οἵαις ἐξέτριψεν αἰκίαις
5495 ὅσαις τε ποιναῖς Ἰσαάκιος κράτωρ
τὸν ἄθλιον γέροντα τόνδε καὶ βίαις,
οὐκ ἄν τις ἰσχύσειεν εἰπεῖν ῥᾳδίως·
ὅμως φράσαιμ' ἂν συνελὼν κατὰ σθένος.
Καθείργνυται πρῶτα μὲν οὗτος εἰς πόλιν,
5500 δεσμοῖς σιδηροῖς ἐνδεθεὶς δειρὴν πόδας·
εἶτ' ἐμφανισθεὶς ἀθλίως οὕτως ἔχων
τῷ βασιλεῖ σκώμμασι βάλλεται τάλας
καὶ λοιδορησμῶν νιφάσιν ἀπειρίτων.
ῥαπίζεται μάστιξι γλουτοὺς καὶ ῥάχιν,
5505 κάραν ψιλοῦται τῶν τριχῶν καὶ τὴν γένυν,
καὶ τοὺς ὀδόντας ἐξεκρούσθη πρὸς βίαν.
ἐκδίδοται παίγνιον ἄθυρμα γέλως
μισοῦσιν αὐτὸν καὶ κακοῦν ἠρημένοις.
φέρει παροινίας τε μάστιγας ὕβρεις,
5510 πυγμὰς κατὰ στόματος, ἄλλας αἰκίσεις,
κακῶν Ἰλιάδα τε καὶ τραγῳδίαν
καὶ συμφορῶν πέλαγος οὐ μετρούμενον.
καὶ πρὸς γυναικῶν ἐμπαροινεῖται πλέον
πρὸς τοῦδε φάος ὀμμάτων ἐσβεσμένων,
5515 ἢ καὶ παθουσῶν ζημίαν τῶν συζύγων,
τυχὸν δὲ καὶ σφῶν ἐκτύφλωσιν ὀμμάτων,
πρὸς μισοφαοῦς τοῦδε φαύλης καρδίας.
τέλος καθεσθείς, ὦ ξένων ἀκουσμάτων,
ἐπὶ καμήλου ψωριώσης ἀθλίως

hensum, cum fugeret, ut diximus, ad Scythas Tauricos, imperatori obtulerunt Isaacio. quantis deinde attriverit cruciatibus (5495) quotque suppliciis Isaacius imperator infelicem hunc senem quotque poenis, vix est humano effabile eloquio, attamen dicam breviter pro viribus.

Urbano primum concluditur carcere, (5500) collum catenis vinctus atque pedes; atque hac tristi exhibitus in specie regi conviciis appetitur miser maledictisque obruitur innumeris; verberibus lumbos teritur et nates, (5505) barba et capillo carptim nudatur caput, excutiuntur dentes inflictis ictibus, ludibriique gratia ac risus traditur suis inimicis et carnificibus. fert petulantias contumelias verbera. (5510) tunditur os alapis, varie affligitur, malorum Iliadem tragoediamque patitur et miseriarum infinitum pelagus. maxime vero vexatur a feminis, quibus oculorum lumen eripuerat, (5515) vel maritos partim abstulerat partim effossis oculis excaecaverat pro sua saevitia mortalis hic pessimus. postremo impositus, hem auditu horribile! scabioso infeliciter camelo,

ὁ πρὶν βασιλεὺς αὐτοκράτωρ Αὐσόνων,
ὁ βασιλικοῖς ἀναδούμενος κρότοις,
δι' ἀγορᾶς τε καὶ μέσης λεωφόρου
πομπεύεται κάκιστα συνειλεγμένοις,
σῶμα καλύπτων εὐτελεῖ τῷ ῥακίῳ,
ἀκαλυφές τε δεικνύων τὸ κρανίον,
οἰκτρά τις ὄψις, ἀκοὴ φρικαλέα,
πηγὰς δακρύων ἐκκαλούμεναι τάχα
οἷς ἡμέροις ὄμμασι πρὸς κακουμένους
καὶ συγγενὲς πέφυκεν ἀθρεῖν ἐνθέως.
ὁ ξυγκλύδων ὄχλος δὲ καὶ τῶν συρφάκων,
ἀλλαντοπῶλαι βυρσοδέψαι καὶ ῥάπται,
παλιγκαπήλων ἀλόγιστος φρατρία,
πομπῇ παρόντες καὶ θριάμβῳ τῷ τότε,
ἀτιμοποιῷ καὶ γελοιώδει πλέον,
οὐδὲν παρῆκαν αἰκίας τιμωρίας
εἴδός τι λοιπῆς κακίας βδελυρίας,
ὃ μὴ προσῆγον ἀσεβῶς Ἀνδρονίκῳ.
οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν, ὢ περιττῆς μανίας,
ἔτυπτον ἐσπάραττον αὐτοῦ κρανίον
καὶ νῶτ' ἀφειδῶς ταῖς κορύναις καὶ ξύλοις·
οἱ δ' αὖ γε πλευρὰς καὶ νεφροὺς πρωκτὸν πάλιν
ξιφιδίοις ἔπειρον ἢ καὶ ῥαφίσιν.
ἄλλοι δ' ἐμίνθουν τὴν ῥῖνα τοῖς βολβίτοις,
τῶν δ' ὄψεων λύματα τὰ τῶν γαστέρων
σπόγγοις κατηκόντιζον αὐτοῦ συχνάκις.

5536 τε?

(5520) qui Romanorum nuper imperator, quem circa regii resonabant plausus, per forum ducitur perque vias publicas, triumphum turba spectante turpissimum, ipse vix tectus vili tunicula, (5525) tegmine nudum cranium ostentans; lugubre visu narratuque horribile, uberes lacrimas sine dubio eliciens mitibus ex oculis, qui solent miseros naturaque socios, prout fas est, aspicere. (5530) at plebeiorum vilissima colluvies, factores et coriarii ac sutores, dardanariorum stolida collegia, pompam ducentes triumphumque huiusmodi, vel potius id ludibrium et deridiculum, (5535) nullum praetermittebant poenae genus, opprobrii, maleficii, contumeliae, quin Andronico per nefas impingerent, alii siquidem, o vesanum furorem! percussum discerpebant ipsius cranium (5540) dorsumque ligneis inclementer clavis; alii latus renes atque podicem suffodiebant cultris atque subulis; alii inquinabant fimo nares bubulo; alii spurcitias corporum in vultum eius (5545) spongiis expressas saepe

οἱ δὲ θρασεῖς τε καὶ πλέον τολμητίαι
ἐλιθολεύστουν, ἀποκαλοῦντες κύνα
καὶ Κέρβερον θῆρά τε καὶ μιαιφόνον
καὶ τοῖσδε τὰ σύστοιχα. φεῦ τῆς μανίας.
ὡς ἂν δὲ φαίην ἐν βραχεῖ τὸ πᾶν λόγῳ,
οὐδεὶς ὑπῆρχε συναλισθείσης θέας
ὃς οὐ κακοῖς ἔβαλλε βλήμασι λόγοις
τὸν δυστυχῆ γέροντα τῷ τηνικάδε.
μία δὲ γυνὴ πορνικὴ λαγνιστάτη
ἐξ ὀπτανείου σκεῦος ἁρπάσασά τι
σφοδρῶς γε καχλάζοντος ὕδατος πλέον
τούτου παρειῶν ἐμμανῶς καταχέει.
τόσα δὲ παθὼν καὶ πολὺ τούτων πλέω
καὶ τηλικαῦτα δυσχερῶν ὁ γεννάδας
πρὸς συμφορῶν κύματα καὶ καταιγίδας
καὶ χαλεπῶν πέλαγος ἀντέχων ὅμως
καὶ νιφάδας φέρων τε κακῶν εὐψύχως,
ἐν πᾶσιν εὐχάριστος ἦν πρὸς δεσπότην,
ἐρρωμένον φρόνημα κἂν δεινοῖς ἔχων.
οὕτως δ' ἀπαχθεὶς ἀτίμως ἐν σταδίῳ
ποδῶν ἀπηώρητο, βραχύ τι πνέων,
ἐν τοῖς ἐκεῖ που καθιδρυμένοις στύλοις.
μετὰ δ' ἀπηώρησιν ἄφρονες πάλιν,
ὡς μὴ λαβόντες τοῦδε τῶν σαρκῶν κόρον,
αἰδῶ τε κακῶς παιδικούς τε διδύμους
χιτῶν' ἀναστέλλοντες ἔδρων, ὦ πάθους.

coniiciebant: audaces autem quidam ac ferociores lapidibus adpetebant, dicentes canem et Cerberum atque feram sanguinariam, atque his similia per summum furorem. (5550) verum ut verba ad compendium conferam, nemo in immenso illo fuit spectaculo quin molestis ictibus et conviciis tunc infelicem senem verberaret. scortum denique quoddam impudentissimum (5555) correptam de culina in viam deferens ollam, fervente admodum aqua plenam, in Andronici effudit furiose genas. atque haec perpetiens multoque plura, contra tot mala duraus vir magnanimus (5560) in tot dolorum fluctibus et procellis, tantoque miseriarum obluctans pelago, malorum inquam nimbo quamvis pressus, fortiter tamen domino agebat gratias, constantem in suppliciis mentem retinens. (5565) sic ergo in stadium ductus cum ignominia, parumper adhuc spirans ad columellas prostantes illic pedibus est suspensus. furiosus tamen populus necdum satur vorandis eius carnibus, suspensi miseri (5570) membris etiam genitalibus insultavit, tunicula reducta,

καὶ κατὰ τοῦ φάρυγγος ὦσέ τις ξίφος,
καί τις Λατίνων καθ' ἕδρας ἀκινάκην·
λοιποὶ περιστάντες δὲ τόνδε Λατίνων
τοῖς ξίφεσιν ἔπαιον αὐτοῦ σαρκίον,
συχνὰ καταφέροντες αὐτοῦ συντόνως,
πεῖραν δοκιμὴν προσλαβεῖν ἠρημένοι
ὁποῖον αὐτῶν τιμητικώτερον πέλει.
οὕτως ἐναθλῶν ἐν τοσαύταις βασάνοις
καὶ τηλικαύτῃ συμφορῶν τρικυμίᾳ
ψυχὴν ἐναπέρρηξεν αὐτοῦ πρὸς βίαν
ἐπὶ στυλίσκων ἀτίμως ἠρτημένος.
Τοιοῦτο τέρμα τοῦ κράτους καὶ τοῦ βίου
πολύτλας Ἀνδρόνικος εὗρεν ἐν βίῳ,
χρόνοις μὲν ἄρξας δυσί που στεφηφόρος,
κοινῶν δ' ἐνὶ κύριος ὢν τῶν πραγμάτων
ἄνευ χλαμύδος καὶ πολυτίμου στέφους.
ἦν οὖν φυὴν σώματος εὐφυὴς πάνυ,
ἡρωϊκόν τ' ὄρθιον εὖ φέρων δέμας,
ἀγητὸς εἶδος καὶ γεραρὸς εἰσάπαν,
σῶμα προδεικνὺς ὑγιές τ' ἐρρωμένον.
μεθ' ἡμέρας δὲ κατενεχθεὶς ὑψόθεν
ὁ τοῦδε νεκρὸς ἐν μιᾷ τῶν ἀψίδων
ἀτημελήτως ἐρρίφη τοῦ σταδίου·
εἶτα περί που τὴν μονὴν τὴν Ἐφόρου
ἔν τινι κατέθεντό τινες χωρίῳ.
ὀπτάνεται δὲ σῶμα τοῦδ' ἠρημένοις
ἀκραιφνὲς ἀλώβητον εἰσέτι μένον.

hem pudorem! quidam acutum gladium per guttur egit, alius Latinus podicem ense fodit: Latini vero circumstantes reliqui (5575) gladiis caedebant miserum corpusculum ingeminatis continenter ictibus, sponsione velut mutua utri acutius acinaces ferirent experientes. sic Andronicus in suppliciis luctans (5580) in tantoque cruciatuum mari naufragus spiritum sibi violenter raptum in columellis illis effudit turpiter. atque hunc imperii vitaeque finem habuit homo aerumnosus, postquam imperaverat (5585) biennio fere stemmate revinctus, uno praeterea dominatus anno absque corona et purpurae decore. erat is egregia forma corporis, proceritate praeditus heroica, (5590) augusta facie et prorsus admirabili, praevalidaque utens valetudine. post aliquot autem dies de suspendio detractum eius cadaver in quodam stadii fornice sine cura proiectum iacuit, (5595) donec ad Ephori tandem monasterium composuerunt quidam in brevi loculo, ubi adhuc corpus spectatur a cupidis,

ψυχὴν δὲ παντάπασιν ἦν ἐκλιμπάνων
εἰς τοὺς θεαυγεῖς κήρυκος Παύλου λόγους,
ἀφ' ὧν ἁπαντλῶν ἐκ πίδακος ὡς ξένης
ἐπιστολὰς ἤρδευεν αὐτοῦ καὶ λόγους,
ἃ συντιθεὶς ἦν εὐφυῶς καὶ συγγράφων.
οὗ καὶ θεόπτου Παύλου σεπτὴν εἰκόνα
καλλύνας Ἀνδρόνικος ἐν χρυσαργύρῳ,
νεῷ τεσσαράκοντα Χριστοῦ μαρτύρων
ἀνατεθεικώς, προσκυνῶν ἦν καὶ σέβων.
ἥτις ἀπεστάλαττεν ὀμμάτων δάκρυ
Ἀνδρονίκου φθάνοντος οἴκτιστον μόρον.
ὃ γνοὺς ἀκριβώσοντας ἐκπέμπει τάχος
τὴν ἀκοήν τε καὶ τὰ τῇδε καθάπαξ
τὸν πιστὸν οἱ Στέφανον ἄλλοις συνάμα.
ἐπεὶ δ' ἀπῆλθον, ἀντιχριστοφορίτης
σπουδὴν ἐτίθει πάντα σαφῶς εἰδέναι,
ὡς πάντ' ἀληθῶς μηνύσῃ πεπομφότι.
ὑφάσματι γοῦν ἀθιγεῖ Παύλου κόρας
σεπτῶς ἐναπέψησεν· αἱ δ' ὥσπερ πίδαξ
δάκρυον ἀπέλειβον ὡς ψυχρὸν νᾶμα.
ἃ πρὸς θεατῶν Ἀνδρόνικος γνωρίσας,
μέγα στενάξας θαυμάσας τε πλειόνως,
κάραν ταλαντεύσας τε τῇδε κἀνθάδε,
αὐτοῦ χάριν εἴρηκε Παῦλον δακρύειν,
κακὸν προσημαίνοντα τῷδέ που τάχα·
φιλεῖν γὰρ αὐτὸν ἐκθύμως ἄγαν ἔφη,
καί οἱ τιμαλφῶν ἐξέχεσθαι ῥημάτων,

integritatem suam prorsus retinens. is autem toto deperibat animo (5600) apostoli divinas Pauli epistolas; a quibus, admiranda velut scatebra, in orationes suas et scripta ducebat rivulos, quae componebat nobili artificio. quin sacram Pauli caelispicis imaginem (5605) auro argentoque insignem Andronicus in quadraginta martyrum delubro a se dedicatam colebat admodum. haec autem Andronici instante fato oculis lacrimarum profudit guttas. (5610) audita re Andronicus statim misit ad explorandam famam studio sedulo fidelem sibi Stephanum cum comitibus. ergo profectus impius ille Stephanus curam impendit probe ut rem cognosceret (5615) veridicoque ore mittenti diceret. quamobrem Pauli oculos linteolo puro abstersit reverenter: is autem veluti fons lacrimarum frigidum fudit rivum. id quod ubi intellexit a spectatoribus, (5620) ingemuit Andronicus, miransque plurimum, caput hac illac quassans, Paulum ait lacrimas illas sua causa profundere, aliquid forte mali portendentem: nam se Paulum amare effictim dixit, (5625) eiusque

πρὸς τοῦδε λοιπὸν ἀντιφιλεῖσθαι δέον.
ὅ τι δὲ κακὸν προύλεγον τὰ δακρύων,
εἴρηκε σαφῶς ἀνόπιν πεφρασμένα.

Ἰσαάκιος ὁ Ἄγγελος ἔτη Θ' Ϛ'.

Ὡς οὖν ἐπιβέβηκεν οὕτω ῥᾳδίως
Ἰσαάκιος Αὐσόνων κραταρχίας,
ἵλαρὸς εὐέντευκτος ἦν ὑπηκόοις,
ἡδὺς προσηνὴς καὶ φιλοικτίρμων ὅλοις.
παρ' Ἀνδρονίκου τοὺς κακῶς πεπονθότας
ἢ τῶν ἐνόντων ἐκπεσόντας ἀδίκως
ἢ σώματός τι τῶν μελῶν τετμημένους
ἐδεξιοῦτο δωρεαῖς σφᾶς ἀφθόνως,
ἀφαιρεθεῖσιν ἀποτιννὺς οὐσίας.
ἄναξ γὰρ οὗτος, ἵνα συλλήβδην φράσω,
ὑπῆρχεν ἐκφὺς εὐγενοῦς λαμπροῦ γένους
Κομνηνιαδῶν Ἀγγέλων ὑμνουμένων,
νεανίας κάλλιστος, εὐπρεπὴς λίαν,
ἀκμαῖος εὐμήκης τε καὶ ῥωμαλέος,
εὔρωστος ἰσχὺν καὶ σθεναρὸς τὰς χέρας,
μείλιχος, εὐπρόσιτος, εὐσεβὴς ἄγαν,
ἐς μητράνανδρον παρθένον πίστιν τρέφων
ἄρρητον εἰπεῖν καὶ τιμὴν σέβας σχέσιν,
λόγων ἑταῖρος ἑρμαϊκὸς χαρίεις,
τιμῶν λόγους εὖ καὶ λόγων τοὺς πατέρας,
οἴκτῳ πενήτων καὶ φιλευσπλάγχνοις τρόποις

summe verba pretiosa colere; quare se amari ab illo vicissim aequum. quid autem mali lacrimae praedicerent, a me superius dicta perspicue docent.

Isaacius Angelus an. 8 *mens.* 6.

Igitur postquam tam facile obtinuit (5630) Romani imperii thronum Isaacius, hilaris erat, subditis accessu facilis, suavis, mitis, erga omnes clemens. is ab Andronico male passos vel iniuste bonis pulsos propriis (5635) vel membro aliquo corporis mulcatos prolixis beneficiis recreabat, reddens ablata cunctis patrimonia. hic enim Caesar, ut summatim dicam, genitus erat nobili illustri genere, (5640) e Comneniadis agnomento Angelis, speciosus valde iuvenis et pulcherrimus, floridus, validus, corpore procero, viribus praepollens fortique manu, comis, benivolus, apprimeque pius, (5645) erga deiparam miram fiduciam gerens eamque summa religione colens, literarum amans, gratiosus, doctus, literas ac literatos honorans simul; misericordi animo erga ege-

εὐποιΐᾳ τε τὴν ψυχὴν κεκασμένος,
μεταδοτικὸς συμπαθὴς στερουμένοις,
εὐεργετῶν ἅπαντας ἀπορουμένους,
πτωχοὺς πένητας ὀρφανοὺς χήρας ξένους.
ἦν καὶ χορηγῶν παρθένοις τὰ πρὸς γάμους,
καὶ πανδοχεῖα καὶ καχεκτούντων δόμους
ἀνανεῶν τε φιλοτίμως καλλύνων
εἰς ἀνάπαυσιν, εἰς ἴασιν τῆς νόσου
τῶν συνιόντων ἀσθενῶν πτωχῶν ξένων,
τὰ πρὸς δαπάνην προσνέμιων μάλα σφίσιν,
ἦθος μαλακός, νωχελής, ἀνειμένος,
πολυτελὴς δίαιταν ἐσθῆτας ἅμα,
τράπεζαν ἀεὶ Σολομώντειον φέρων
καὶ καινοφανεῖς στολὰς καθ' ἡμέραν,
μεταδοτικὸς βρωμάτων διακόνοις.
ἐχρῆτο λουτροῖς ἑβδομάδος πολλάκις,
ὡσφραίνετ' ἀεὶ καὶ μύρων εὐωδίας,
καὶ φιλόκαλος ὡς ταὼν καὶ νυμφίος
ἀεὶ προῄει τῶν βασιλείων δόμων.
ὀργίλος ἦν τις καὶ θυμῷ πλέον νέμων·
πλὴν εἶχε θυμὸν συμπαθεῖ κεκραμένον.
οὐ διέπων κάλλιστα τὴν κραταρχίαν
καινουργὸς ὑπῆν πραγμάτων παραλόγων,
λουτρὰ διαιτήσεις τε καὶ λαμπροὺς δόμους
δομούμενος κτίζων τε καινίζων ξένως,
ἐκκλησίας ἔθιμα καινουργῶν φύρων,

5663 δὲ στολὰς?

nos, (5650) ad beneficia conferenda pronus, largus opum, indigos caritate fovens, cunctis subveniens necessitatibus, inopibus mendicis viduis pupillis advenis, virgines quoque dotabat ad nuptias; (5655) publica hospitia atque nosocomia instaurabat studioseque ornabat ad requiem corporum morborumque curam; quicumque convenissent infirmi, pauperes, omnia ad victum affluenter tribuens. (5660) ceterum mollis moribus, ignavus, socors, et sumptuosus valde victu et vestibus, convivium semper Solomonteum apparans, semetque novis stolis quotidie exornans, lautasque suis ministris largiens epulas. (5665) saepe utebatur balneis in hebdomada, unguentorum semper odore fragrans; exornatusque ut sponsus vel ut pavo procedere de regiis solebat aedibus. idem promptus ad iram eique indulgens, (5670) misericordiam tamen irae admiscens. nec vero imperium administrans optime, sed inconsultus potius novator rerum; caenacula, balinea, domos splendidas fundans aedificans sumptuoseque instaurans; (5675) statuta ecclesiae inno-

ὃν μὲν καθιστὰς ποιμεναρχῶν εἰς θρόνον,
ὃν δ' ἐξάγων αὖ καὶ μόνῃ προαιρέσει.
Τούτῳ προσῆλθε τοῦ κράτους τετευχότι
ἀνδρῶν ἀπειράριθμον εὐσθενῶν στῖφος
ἐκ Ῥωμαϊκῶν ἀστέων πανταχόθεν
χώρων τε λοιπῶν τῆς ἕω τῆς ἑσπέρας,
οὓς εἰς στρατιὰν ἀποτάξας ὡς δέον
Ῥωμαϊκοῖς τάγμασιν ἐγκαταλέγει.
καὶ τοῖς θύραθεν οὖσι ταγμάτων πάλιν
ὀψώνια πέπομφε καὶ πλείστας δόσεις,
πρὸς τὴν κατ' ἐχθρῶν παραθαρρύνων μάχην,
κεντηνάρια χρυσίου στείλας σφίσι
ποσούμενα ξύμπαντα τετράκις δέκα.
ἦν δ', ὡς ἔφην, στράτευμα Σικελῶν ἄνω
πόλεις ἐπιὸν Ῥωμαϊκὰς καὶ τρύχον.
Σέρρας μὲν ἐμαύρωσε Στρυμόνος τόπους,
Ἀμφίπολιν δὲ τειχομαχίᾳ πόλιν
ἤδη παρεστήσαντο σὺν τοῖς ἐν κύκλῳ.
εἷλον Βολερόν, Μοσυνόπολιν πόλιν,
καὶ τὴν βασιλεύουσαν αἱρήσειν πόλιν
ὡς νοσσιὰν ἔρημον ὤοντ' αὐτίκα,
κύκλῳ περιστήσοντες αὐτῶν δυνάμεις.
καὶ σφῶν στόλος δὲ νησίσιν ἀμφιρρύτοις
ἐλλιμενίζει ταῖς περὶ πόλιν φθάσας.
ἀλλὰ στρατηγὸς στρατιᾶς τῆς Αὐσόνων
Βρανᾶς, ἀνὴρ τις γεννάδας βουληφόρος,
ἐχθροῖς Ἰταλοῖς συμπλακεὶς κατὰ μάχην

vans perturbans; pastores alios in sede constituens, alios per solum deturbans arbitrium.

Ad hunc regnantem convenerunt undique fortium virorum innumerae catervae (5680) ex urbibus Romanis aliisque terris tum orientalis orbis tum occidui, e quibus iustum conscribens exercitum adnumeravit Romanis legionibus. militibus quin etiam extra metropolim, (5685) ut propulsandis hostibus promptis faceret, victum submisit lautaque stipendia, auri summam cuius pondo centenarios quadraginta appenderet. iam vero, ut retro diximus, miles Siculus (5690) Romanas urbes vexabat concursans: Serras orasque Strymonis devastaverat; urbem Amphipolim expugnatis moenibus ceperat nuper cum propinquis locis; Boleron occupaverat cum Mosynopoli; (5695) ipsamque urbem se capturum regiam ceu nidum derelictum autumabat, copiis suis moenia circumdans. iamque etiam classis Sicula stationem in suburbanis insulis insederat. (5700) verum Romani ductor exercitus Branas, vir magnanimus et con-

θεοῦ συνάρσει συντρίβοντος τὰς μάχας,
τρόπαιον ἱστᾷ κατὰ βαρβάρων μέγα,
καὶ πλεῖστον εἰργάσατο Σικελῶν φόνον,
ζωγρεῖ τε καὶ σφῶν τοὺς λοχαγοὺς ταγμάτων,
τὸν Ῥικάρδον τε καὶ Βαλδουῖνον κόντον,
οὓς βασιλεῖ πέπομφε πρὸς πόλιν κράτους.
ζωγρεῖ δὲ σὺν οἷς ἐρρέθη στρατηγέταις
Κομνηνὸν Ἀλέξιον, πατρίδος φθόρον
ῥέκτην τε κακῶν κυκεῶνά τε ζάλης,
καὶ φωτὸς ἐστέρησεν αὐτὸν ὀμμάτων.
ὅσοι δ' Ἰταλῶν ἐξέφυγον τὸν φόνον,
Θεσσαλονίκην καταλαβόντες πόλιν
ναυσὶν ἀπηλλάττοντο πρὸς τὴν πατρίδα.
ὅσοι δ' ἐναλύοντες ἦσαν τῇ πόλει,
κακοὶ κακῶς ὤλλυντο δικαίως ξίφει,
ἐπιφθασάσης στρατιᾶς σφᾶς Αὐσόνων.
πάντες δ' ἀπεσφάττοντο Σικελοὶ σπάθῃ
ἄλλοις τε πολλοῖς ἀνδράσιν εὐκαρδίοις,
τοῖς δ' Ἀλανοῖς μάλιστα συμμάχοις τότε·
ἀντίρροπα δρῶντες γὰρ οὗτοι Λατίνους
ὧν πρὶν καθυπέστησαν ἀσπλάγχνῳ τρόπῳ
ἐπὶ κατασχέσει γε Θεσσαλονίκης,
ἐπῆγον εὐθὺς τὸ ξίφος κατὰ κάρας
"ποῦ σύγγονος" φάσκοντες "ἢ συμφυλέτης;"
οὓς πρὶν ἀνεῖλον δηλαδὴ κατὰ πόλιν.
τούτων δὲ ναοῖς προσπεφευγότας πάλιν
σφάττοντες ἀνέκραζον ἐν παρρησίᾳ

siliosus, Italo cum hoste consertis manibus, numinis proelia inclinantis ope, magnum de barbaris rettulit tropaeum (5705) et Siculorum plurimam stragem edidit. vivos quin etiam legionum duces Ricardum cepit Balduinumque comitem, quos in metropolim misit ad Caesarem. captivum fecit cum praedictis ducibus (5710) exitium patriae Comnenum Alexium, malorum causam et procellae flabrum, atque oculorum lumine privavit. quotquot autem Itali effugerunt caedem, Thessalonicam properantes urbem (5715) navibus abierunt in patriam suam. qui vero in illa substiterunt urbe, malos male iustus ense perdidit, superveniente exercitu Romano. ergo omnes Siculi peribant gladio (5720) magnanimorum domiti virorum manibus, praesertim ab Alanis tunc auxiliaribus, talionem siquidem reddentes Latinis, saevitiaeque memores recentis Thessalonica capta quam exprompserant, (5725) recta capitibus enses impingebant, fratrum suorum gentiliumque vindices quos illi nempe per urbem mactaverant. quodsi qui ad sacra asyla confugiebant, hos iu-

5730 "ποῦ ποῦ παπᾶς πέφυκεν ἀνῃρημένος;"
οὓς ἐν νεῷς ἔκτειναν οἱ μιαιφόνοι.
ἐπὰν ὑπῆρχε καθορᾶν τι καὶ ξένον,
τοὺς κύνας οὐ θίγοντας ἀστῶν σωμάτων
τῶν νεκριμαίων ἀμφόδοις ἐρριμμένων,
5735 τοῖς δ' Ἰταλῶν πτώμασι τῷ τηνικάδε
ἐπιμανέντας ἐσθίειν κατὰ κόρον
καὶ τυμβορυκτεῖν, εἰ δεήσει, πολλάκις.
Οὕτως ἀπηλάθη μὲν ἐκ Θεσσαλίας
ἡ Σικελικὴ στρατιὰ σὺν αἰσχύνῃ·
5740 αἱ δὲ τριήρεις αἱ κατὰ Βυζαντίδος
ἐκπλεύσασαι σφῶν, ὡς ἔφαμεν ἀνόπιν,
κακῶς παθοῦσαι πρὸς στρατιᾶς Αὐσόνων
πλείστους τε ναυτῶν ἀποβαλοῦσαι μόρῳ,
οὖσαι περί που δὶς ἑκατὸν καὶ πλέον,
5745 ᾤχοντ' ἀγεννῶς ἀκλεῶς πρὸς πατρίδα·
ὧν, φασί, πολλαὶ κατέδυσαν εἰς βάθος
κατά γε τὸν πλοῦν πνευμάτων καταιγίσι
περιπεσοῦσαι καὶ κλύδωνι καὶ σάλῳ,
ὡς ἀπολέσθαι κατὰ τάσδε τὰς μάχας
5750 ἀνδρῶν Ἰταλῶν μαχίμων πρὸς Αὐσόνων
πλείους σχεδόν που χιλιοστύων δέκα,
καὶ συσχεθῆναι κατὰ διπλῆν μάχην
ἄνδρας Σικελοὺς τέτταρας χιλιάδας,
οἳ δημοσίαις φυλακαῖς καθειργμένοι
5755 ὤλοντο λιμῷ καὶ κρύει καὶ τῇ νόσῳ.

5752 κατὰ τὴν?

gulantes clamabant ferociter (5730) "ubinam est occisus per vos sacerdos?" nam et se sacris caedibus impiaverant. tum et mirandum quiddam videre licuit, canes parcentes civium corporibus, si quae proiecta iacebant in vicis, (5735) at Italorum certatim cadavera avida fame ibidem devorantes, quin et sepulchris saepe protrahentes.

Sic e Thessalicis pulsus fuit finibus cum ignominia Siculus exercitus. (5740) triremes autem, ut superius diximus, Byzantina urbe fugientes procul male a Romano milite sunt mulcatae, atque amiserunt plurimam turbam nauticam; cumque ducentae essent vel etiam plures, (5745) turpiter victae fugiebant in patriam. quarum permultas fama est in cursu, ventorum vim perpessas et tempestatis naufragas medio periisse mari. quare in his proeliis bellatores Itali (5750) contra Romanum decertantes militem occubuerunt decies ferme mille; terrestrique simul et maritimo bello sunt capti quater mille Siculi, qui carceribus publicis conclusi (5755) frigore sunt enecti et morbo et fame.

Ἦγάγεθ' οὗτος καὶ σύνευνον δευτέραν,
πρώτης θανούσης, παῖδα ῥηγὸς Οὐγγρίας·
ἧς οὐ θελήσας νυμφικὴν δαῖτα γάμους
ἐκ δημοσίων χρημάτων ἑστιᾶσαι
φειδοῖ τε τούτων καὶ φιλοχρύσῳ τρόπῳ,
ἐκ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἀστέων ὑπηκόων
χωρῶν τε λοιπῶν ἦν τάδ' ἠρανισμένος.
ὧν χάριν Μυσῶν ἐκταραχθέν πως ἔθνος
κατ' Αἷμον οἰκοῦν, οἳ κικλήσκονται Βλάχοι,
ἀπεστάτησεν Αὐσόνων κραταρχίας,
ἀφαίρεσιν σφῶν θρεμμάτων εὑρηκότες,
τὴν Πάτροκλος πρόφασιν, ἣ φησὶν λόγος,
καὶ συνεπαλείφουσαν αὐτοὺς πρὸς τόδε
δυάδ' ἀδελφῶν, Ἀσάνην τε καὶ Πέτρον,
καὶ τούσδε Μυσοὺς καὶ γένος καὶ τὸν τρόπον·
οἳ πρὶν ὀκνοῦντας βαρβάρους συμφυλέτας
ἀποστασίαν καὶ τὸ ῥαγῆναι κράτους,
σφᾶς παραθαρρύνουσι δραματουργίᾳ
ἢ μᾶλλον εἰπεῖν δαιμονιώδει πλάνῃ.
περιφανῆ κτίζουσιν ἱερὸν δόμον
μυροβλύτῃ μάρτυρι τῷ Δημητρίῳ,
εἰς ὃν θιασώτας γέ τινας δαιμόνων
ἐνθουσιῶντας ἐμβιβάσαντες δόλῳ,
διαστρόφους κόρας τε χαίτας ἀνέτους,

5776 cognomentum hoc s. Demetrio attribuitur etiam in argentea tabella cum his literis in Christianis inscriptionibus αὕτη ἡ στάμνος φέρει μύρον ἅγιον ἐκ τοῦ φρέατος ἀντλήσασα, ἐν ᾧ τὸ σῶμα τοῦ μυροβλύτου θείου Δημητρίου τοῦτο ἀναβλύζον κεῖται. M.

Alteram duxit Isaacius coniugem, mortua priore, Ungarici regis filiam: quarum nuptiarum sponsalisque pompae nolens de fisco regio impensas facere, (5760) dum huic parcit victus avaritia, coepit pecuniam subditis ex urbibus et reliquis castellis coacervare. unde commoti populi Moesorum, incolae Haemi, qui dicuntur Blachi, (5765) fidem Romano negarunt imperio, propterea quod suis gregibus spoliabantur: Patroclus occasio, ut est in proverbio. ad id praeterea facinus sunt compulsi a fratribus duobus Asane et Petro, (5770) Moesis et ipsis genere et ingenio. hi populares suos, qui deficere a partibus imperii subtimebant, exacuerunt callido artificio, seu daemoniaca fraude, ut rectius dicam. (5775) splendidum isti condiderunt fanum Demetrio martyri unguentifluo, ibique quosdam familiares daemonum, lymphatos homines, dolose collocarunt, oculos distorquentes, effusis comis;

τοιάδε θείας ἐξ ἐπιπνοίας τάχα
λέγειν ὑπηγόρευον αὐτοῖς εἰς ὅλους,
ὅτι θεὸς Μυσῶν τε Βουλγάρων γένους
ἐλευθερίαν εὐδοκεῖ, ζυγοῦ λύσιν·
ταῦτ' ἄρα λιπεῖν καὶ Δημήτριον μέγαν
Θεσσαλονίκην καὶ νεὼ κάλλος ξένου
διατριβάς τε Ῥωμαϊκὰς καθάπαξ,
ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς συμμαχήσοντα σφίσι·
μέλλειν τὸ λοιπὸν οὐδὲ βραδύνειν ἔνι,
χρεὼν δὲ κινεῖν κατὰ Ῥωμαίων ὅπλα,
ἀνηλεῶς κτείνειν τε τούτους ἐν μάχῃ,
ζωγρεῖν δὲ μηδέν, μηδ' ἐπὶ λύτροις λύειν.
τοιαῦτ' ἀνακράζοντες οἱ θεοπρόποι
ὅπλων γενέσθαι κατέπεισαν βαρβάρους,
καὶ τὰ κατ' Αἷμον Ῥωμαϊκὰ χωρία
κατέδραμον ξύμπαντα κείροντες βίᾳ.
Πέτρος δ' ἀναδεῖ καὶ χρυσῷ στέφει κάραν
καὶ φοινικοῦν πέδιλον εἱλίσσει πόδας.
ὅθεν κατ' αὐτῶν ἐκστρατεύσας ὁ κράτωρ
ἐτρέψατο σφᾶς καὶ τίθησι φυγάδας.
Ἀσὰν δὲ Πέτρος, κακίας ἀρχηγέται,
Ἴστρον διαβαίνουσι σὺν ἀποστάταις
καὶ συνέμιξαν βαρβάροις παριστρίοις·
ἄναξ δ' ἐπελθεῖν Μυσίας πάσης ὅρους
καὶ τὰ κατ' αὐτὴν εὖ διαθέσθαι πάνυ
τῇ κωλυσόντων ἰσχύων ἐρημίᾳ,
τοιοῦτον οὐδὲν ὤπτο κατειργασμένος,

(5780) atque his mandarunt ut tanquam inspirati sic loquerentur inter multitudinem, deum Bulgaros atque Moesos in libertatem vindicare velle; propterea Demetrium quoque magnum (5785) Thessalonicam cum suo templo insigni atque Romanos deserentem sedes huc demigrasse opem allaturum. quare iam mora protinus abrupta armis Romanos commotis appeterent, (5790) eosque in proelio sine venia occiderent, neminem vivum pretio dimitterent. haec inclamantes Bacchici divini persuaserunt barbaris ut arma caperent; qui Romanam dicionem ad Haemum sitam (5795) concursaverunt totam diripientes. Petrus quin etiam aurea corona caput vinxit, et pedes calceis purpureis. hos ergo aggressus armis imperator proelio victos compulit in fugam. (5800) Asan vero Petrusque, auctores sceleris, Istro transmisso cum suis rebellibus adiunxere se barbaris loci accolis. Caesar cum posset universam Moesiam percurrere recteque eam componere, (5805) quoniam nuspiam quisquam resistebat, utile nihil ad tutelam praestitit. inflammatis igitur frumenti

πυρὶ δὲ καρπῶν παραδοὺς θημωνίας,
καὶ ταῖς ἀπάταις ὑπαχθεὶς ταῖς τῶν Βλάχων,
παλινδρομεῖ δὴ πρὸς πόλιν βασιλίδα,
τἀκεῖ λελοιπὼς ὠδίνοντα πραγμάτων.
Ἄσὰν δὲ Πέτρος σὺν Σκύθαις εἰς πατρίδα
αὖθις ἐπανέδραμον ἀνυποστόλως.
ἐπῆσαν οὖν Ῥωμαϊκοῖς χωρίοις,
λείαν Μυσῶν ἅπαντα δρῶντες, ὡς λόγος.
Καθ᾽ ὧν ἀφῖκτο σὺν στρατιᾷ μυρίᾳ
στρατηγὸς Ἀλέξιος Βρανᾶς τυραννίδα·
ὃς δὴ τρέφων ἔρωτα πάλαι τοῦ στέφους
καὶ τηνικαῦτα συνδρομὴν σχὼν ταγμάτων,
ἀποστατήσας, σύμβολα τὰ τοῦ κράτους
αὐτῷ περιθεὶς πρὸς Βυζαντίδα τρέχει.
καὶ δὴ πρὸ τειχῶν ἠλίσατό που φθάσας,
πειρώμενος λόγοις τε τοῖς ὅπλοις πλέον
ἀστυπολιτῶν ὡς ἐνῆν καθ᾽ ἡμέραν.
καὶ βασιλεὺς δὲ στρατιὰν συναλίσας
ἀνδρῶν ὁπλιτῶν ἐκφύλων ἀλλοθρόων,
Σκυθῶν Ἰταλῶν Ἀγαρηνῶν Ἰβήρων,
Ἰταλιώτου Κορράδου συμβουλίᾳ,
ἀντεκατέστη τῷ τυράννῳ πρὸς μάχην.
ὑπῆρχε δ᾽ ἐκφὺς εὐπατριδῶν πατέρων
τῶν παρ᾽ Ἰταλοῖς ἀρχικῶν ὁ Κορράδος,
ἀνὴρ περιώνυμος ἐν καλοῖς ὅλοις,
λαχὼν φυσικὴν εἴ γέ τις εὐκληρίαν

5823 ἐνὸν V

cumulis, simul Blachorum fraudibus deceptus, ad urbem regiam rettulit inde pedem, (5810) relictis ibi rebus in discrimine. tum Asan atque Petrus assumptis Scythis in patriam redeunt, prohibente nemine, rursusque ingressi Romanas regiones Moesis exercent dignum latrocinium.

(5815) Contra hos venit cum innumero exercitu Alexius dux cognomento Branas, qui regiae iamdiu inhians coronae, nunc conspirantes legiones nactus, a Caesare deficiens sumpsit purpuram, (5820) atque Byzantium concito cursu veniens constitit improvisus ante moenia; ibique civium, verbis et armis magis, sollicitabat valde quotidie animos. sed imperator congregato exercitu (5825) ex viris militaribus externi generis, Italis Scythis Iberis Turcis, Italici Corradi consilio impulsus ausus est pugna tyranno resistere. nobili genitus fuerat de genere (5830) Italicorum principum Corradus, vir clarus, omni laude florentissimus, naturae dotibus praeditus eximiis, mentis sapientia viribus cor-

φρενῶν τε βαθύτητα, σώματος σθένος,
δραστήριος μάχας τε καὶ ῥωμαλέος,
γαμβρὸς κρατοῦντος εἰς σύναιμον τυγχάνων,
θεόσδοτον δώρημα φανεὶς τῷ τότε
ἄνακτι τῷδε κατὰ τήνδε τὴν μάχην.
ὃς ἐκ Λατίνων συναγείρας ἱππότας
ἀρειμανίους δὶς ἑκατὸν καὶ πλέον,
πεζοὺς καταφράκτους δὲ πεντακοσίους,
ἡγεῖτο τῶνδε καὶ κατορθοῖ τὴν νίκην.
παρῆν δὲ κατάφρακτος ὅπλοις καὶ κράτῳ
μετὰ στρατηγῶν εὐσθενῶν τε ταγμάτων.
ἐπεὶ δ' ὑπῆρχε συμπλοκῆς καιρὸς μάχης,
εὐώνυμον μὲν εἶχε Καμμύτζης κέρας,
πρωτοστράτωρ ὢν εὐγενὴς βουληφόρος,
τὸ δεξιὸν δὲ βασιλεὺς ἦν διέπων,
σὺν Ἰταλοῖς δ' ἴθυνε Κορράδος μέσον.
καὶ Βρανᾶς δ' ἐξήταζεν αὐτοῦ δυνάμεις,
μέσον μὲν αὐτὸς κατέχων τῶν ταγμάτων,
τὰ δ' αὖ ἑκατέρωθεν ἴλάρχαι πάλιν.
καὶ συρραγείσης παρ' ἑκατέρων μάχης,
ἵν' ὡς ἔπος φράσαιμι συνελὼν λόγῳ,
πίπτει Βρανᾶς αἴσχιστα Κορράδου ξίφει,
καὶ τὴν κεφαλὴν τέμνεται παραυτίκα,
καὶ τέρμα μάχη καὶ τυραννὶς λαμβάνει.
ἐπεὶ δ' ἐπρεσβεύσαντο πρὸς βασιλέα
οἷς περ μετῆν σθένους τε λαμπροῦ καὶ γένους,
ἐκλιπαροῦντες λύσιν εὑρεῖν πταισμάτων,

poreis, strenuus patrandis proeliis et praevalidus, (5835) Caesaris sororem in coniugio habens, vere caeleste per id tempus donum regi concessum ob imminens discrimen. hic Latinis collectis equitibus, Martem spirantibus, paulo plus ducentis, (5840) cataphractisque peditibus quingentis, ducem se praebuit victoriamque rettulit. Caesar quin etiam loricatus affuit cum ducibus ac fortibus ordinibus. cumque iam acies essent in procinctu, (5845) sinistro cornu praefuit Cammytzes protostrator et nobilis consiliarius; dexterum ipse Caesar cornu rexit; medium tenuit Corradus exercitum. aciem et Branas ordinavit suam, (5850) mediam ipse occupans phalangem, alas tribunis regendas attribuens. mox concurrentibus utrimque aciebus, ut paucis verbis tantam rem complectar, Corradi Branas cadit ense turpiter (5855) eique caput statim amputatur, fitque simul pugnae finis et tyrannidi. deinde nobiles, qui rebelles fuerant, legationem ad Caesarem submiserunt, criminis

ἄναξ βραβεύει πᾶσι τὴν ἀμνηστίαν,
καὶ προσδραμόντας εὐμενῶς δεδεγμένος
πᾶσι κεχρῆσθαι γνησίῳ μεταμέλῳ
ἐπὶ παραβάσει γε φρικτῶν ὅρκίων
τῶν πρὶν πρὸς αὐτὸν ὑπετίθει σὺν λόγῳ,
λύσιν δ' ἀναθέματος αἰτεῖν αὖ πάλιν
παρ' ἀρχιθύτου τῆσδε τῆς Κωνσταντίνου,
ᾧ σφᾶς καθυπέβαλον ἀστοὶ πρὸ τρίτης
ἑστῶτες ἄνω τειχέων πυργωμάτων
καὶ δρώμενα βλέποντες αὐτοῖς ἀνόμως.
καὶ τῶνδε πολλοὶ τῶν κακῶν ᾐσθημένοι
θερμῶς προσῆλθον τῷ μεγάλῳ ποιμένι·
ἄλλοι δὲ δόξαν εἰσδοχῆς δεδωκότες
τῇ τῆς κεφαλῆς κατανεύσει καὶ μόρῃ,
ὡς λῆρον ἡγήσαντο τὴν συμβουλίαν.
Κατὰ Μυσῶν ἔξεισιν καὶ πάλιν ἄναξ,
καὶ τὰς κατ' αὐτοὺς ἐκδρομὰς τὰς ἀσχέτους
πάνυ τι μικρὸν ἀναχαιτίσας ὅπλοις
τὴν Ἀδριανοῦ καταλαμβάνει πόλιν.
Μυσοὶ δὲ κώμας κατέκειρον καὶ πάλιν
τὰς πρὸς Φιλιππούπολιν κατοικουμένας.
ἀφιγμένου δ' ἄνακτος εἰς πάσχον μέρος,
ἀφ' ὧν ἀπανίστατο χωρίων ἄναξ,
ἐκεῖσ' ἐπῄει δύστροπον Μυσῶν ἔθνος.
οὗτος θέλων οὖν ἀμύνασθαι βαρβάρους
ἐφίσταται δὴ τοῖς ὅροις Τριαδίτζης,
καὶ μηδ' ὁτιοῦν ἐκ κρύους διανύσας

veniam sibi deposcentes. (5860) Caesar se praebuit cunctis indulgentem, atque accedentes benivole excipiens, cunctis prudenter veram paenitentiam violatorum foederum suadebat, atque ut sacri vinclis anathematis (5865) a patriarcha Byzantinae urbis peterent solvi, quibus ante triduum a civibus obstricti rite fuerant, cum summis moeniis stantes atque turribus mala rebellium spectarent facinora. (5870) atque in his multi tacti paenitentia ad magnum praesulem fervide accedebant: at alii vanam speciem consensus capitis nutu tenus simulantes, exhortationem Caesaris ridebant.

(5875) Ipse profectus iterum in Moesiam hostium effusas passim excursiones sane parumper armis compescuit, progressus usque ad urbem Hadriani. interim Moesi devastabant rursus (5880) circa Philippi civitatem pagos. dum laboranti rex parti succurrit, locum quem vacuum abiens reliquerat, contumax statim Moesa gens tenebat. barbaros ergo debellare studens (5885) ad Triaditzae contulit se fines. sed cum rigente

εὔζωνος αὐτὸς τὴν Κωνσταντίνου φθάνει,
στρατὸν παρεικὼς αὐτόθι παραμένειν,
ἵππων ἁμίλλαις ἐντρυφῶν καὶ παιγνίοις.
ἦρος δ' ἀπαίρει τῆς Κωνσταντίνου πάλιν,
καὶ τοὺς Μυσοὺς μέτεισιν αὖθις τοῖς ὅπλοις.
περὶ δὲ παράστασιν ἱδρύσας πάνυ
τινὸς Λοβιτζοῦ φρουρίου τῶν αὐτόθι,
καὶ τοὔργον ἀνήνυτον ἀφεικὼς πάλιν
πρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἴσεισι πόλιν·
αἱ χάριτες γὰρ τῆς καλῆς Προποντίδος
αἱ καλλοναί τε τῇσδε καὶ κάλλη δόμων,
τερπνὰ κυνηγέσια σὺν ἱππασίᾳ,
τῶν ἰχθύων ἄγρα τε σὺν εὐθυμίᾳ
μακρὸν θυραῖον τυγχάνειν οὐκ ἠφίει,
ἀλλὰ τρέχειν ἦπειγον αὐτὸν πρὸς τάδε.
κατέσχεν ἄναξ γαμετὴν Ἀσὰν τότε,
καὶ θάτερον δὲ συγγόνων Ἰωάννην
εἵληφε, δόντων εἰς ὁμηρείας λόγον·
ὃς ὕστερον δέδρακε Ῥωμαίων πόλεις
κάκιστα πάντων, φεῦ μισανθρώπου τρόπου.
Τούτου κρατοῦντος τοῦ βασιλείου κράτους,
ἀποστατήσας καὶ Μαγκαφᾶς τοὐπίκλην
Θεόδωρός τις, Φιλαδελφεὺς τῷ γένει,
κατατυραννεῖ πατρίδος καὶ Λυδίας,
καὶ πλεῖστα δεινῶν εἰργάσατο τὰς πόλεις
κώμας τε λοιπάς, αἷς ἐπῆλθε σὺν ὅπλοις.
ἄναξ δ' ἐπιστὰς Φιλαδελφείας ὅροις

hieme nil proficeret, expeditus ipse Byzantium venit; dumque illic miles manet sub Iove frigido, circi spectabat ludicra certamina. (5890) attamen verno tempore Byzantio rursus discedens Moesos armis petiit: cumque ob capiendum laborasset diu Lobitzum, quoddam Moesiae castellum, inconsummatam operam omittens, (5895) iterum regiam rediit in urbem. scilicet pulchrae gratia Propontidos, aedificiorum commoda et ornatus, venatio dulcis et simul equitatio, piscium praeda, cum hilaritatibus, (5900) diu longiusquum non sinebant Caesarem, sed ad fruendum sese compellebant. Asanis quoque uxorem Caesar cepit, tertiumque ex eius fratribus Ioannem obsidis loco traditum accepit. (5905) nihilo hic tamen minus postea nocuit pro sua malitia pessima Romanis urbibus.

Adhuc tenente imperium Isaacio defecit quidam Mancaphas cognomine, Philadelphensis civis, Theodorus, (5910) Lydiaeque et patriae invasit tyrannidem atque urbes plurimis mulcavit damnis cum harum pagis, circum arma ferens. Philadelphiae Caesar ad fines veniens sua

ἔμφρουρον αὐτὸν ἐγκαθιστᾷ πατρίδι,
ἡνίκ' ἐπωνόμαστο καὶ μάλ' ἐνδίκως
ὁ μωροθεόδωρος ἐκ τῶν πραγμάτων.
πλὴν μὴ δυνηθεὶς τὴν Φιλαδέλφου πόλιν
ἀναξ ἑλεῖν ὅπλοις τε καὶ στρατηγίαις,
πρὸς συμβιβάσεις δεύτερον πλοῦν ἐτράπη,
ὡς ἂν Μαγκαφᾶς παράσημα τοῦ κράτους
ῥίψας καθ' αὑτὸν τὸν βίον διανύτῃ,
ἦθη δὲ τὰ πρὶν ἡ πόλις ἀναλάβῃ
καὶ πάλιν ἰθύνοιτο παρ' οὗ καὶ πάλαι.
Μαγκαφᾶς οὗτος προσρυεὶς τῷ σουλτάνῳ,
Τούρκους τε λαβὼν συμμάχους κατ' Αὐσόνων,
χώρας ἐπῄει Ῥωμαϊκὰς ἐκτρίβων.
σταλεὶς δὲ σὺν χρήμασι πρέσβις σουλτάνῳ,
καὶ τόνδε λαβὼν κατανεύσει σουλτάνου,
πρὸς βασιλίδα τὴν πόλιν ἀναφέρει,
καὶ δεσμὰ καὶ κάθειρξιν ἄληκτα φέρει.
καὶ τοῦτο παρώξυνε σουλτὰν συγγόνους
πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ καὶ μάχην καὶ μανίαν,
ἔγκλημά οἱ φέροντας ἀδίκου δίκης
καταπροδόντι πρόσφυγα δώρων χάριν.
καὶ τάχ' ἂν ἡμύναντο τοῦτον τοῖς ὅπλοις,
εἰ μὴ τιθεὶς πρόφασιν εὔλογον τάχα
ἔφασκεν αὐτὸν ἀποδοῦναι πατρίδι
ἐπ' ἀσφαλείᾳ μήτε θανεῖν μηδ' ὅλως
μήτ' εἰς δέμας τι τῶν κακῶν πεπονθέναι.

5921 τὸν om V

patria conclusit rebellem, (5915) qui tunc idoneum nactus est agnomen dictus ab actis fatuus Theodorus. cum Philadelphi tamen haud posset urbem capere Caesar vi peritiaque bellica, quod fuit reliquum, condiciones obtulit; (5920) ut depositis imperii insignibus privatam vitam Mancaphas exigeret, urbs autem veterem ordinem reciperet, seque priori domino submitteret. Mancaphas tamen profugiens ad Sultanum, (5925) Turcis assumptis secum auxiliaribus, Romani imperii fines incursabat. missus cum donis legatus ad Sultanum Mancapham annuente reduxit Sultano regiam ad urbem, ibique Caesar vinclis (5930) perpetuoque illum addixit carceri. cognita res Sultani exacuit fratres ad iracundiam plurimam atque ad arma, perfidiam criminantes quod prodiderat munerum gratia transfugam sibi supplicem. (5935) iamque armis Sultanum aggressuri erant, nisi hic speciosis rem purgasset verbis: ait enim hominem a se patriae redditum fide interposita, ne moreretur neve quid mali pateretur corpore.

Τῷ τηνικαῦτα καὶ ῥηξ Ἀλαμανίας
ἔστειλε πρέσβεις, ἀξιῶν βασιλέα
αὐτῷ παρασχεῖν σὺν στρατιᾷ φιλίως
γῆς παραδραμεῖν Ῥωμαΐδος τοὺς ὅρους,
πρὸς Παλαιστίνης τοὺς τόπους ὡρμημένῳ.
πρὸς ῥῆγα τοίνυν τοῦ δρόμου λογοθέτην
ἄναξ πεπομφὼς συμβιβάσεις ἀρτύει·
λαβών τε πίστεις καὶ δεδωκὼς αὖ πάλιν,
ὡς ἔμπεδα κέοιτο τὰ τῆς φιλίας,
αὖθις ἐπανέδραμε πρὸς βασιλέα.
καὶ ῥηξ ἐπιστὰς τοῖς ὅροις Ῥωμαΐδος
καὶ πρὸς Φιλίππου τὴν πόλιν ἐπεφθάκει,
καὶ δὴ μετά γε τὰς πρὸς ἀλλήλους σχέσεις
καὶ φιλονείκους διενέξεις καὶ μάχας
βασιλικῶν τε ῥηγικῶν τε ταγμάτων
Ἀλαμανῶν στράτευμα πορθμὸν διέβη,
καὶ πρὸς Φιλαδέλφειαν ἦκε τὴν πόλιν.
διὰ δὲ Φρυγίας τε Λαοδικείας
ἐφίσταται τάχιστα Φιλομιλίῳ,
ἐν ᾧ μάχην ἵστησι ῥηξ πρὸς σούλτανον
καὶ τόνδε νικᾷ καὶ κρατεῖ πολιχνίου,
ὅπερ σκυλεύσας ἐμπιμπρᾷ μετὰ τόδε.
εἶτα πεφθακὼς Ἰκονιέων πόλιν,
καὶ τήνδ' ἑλὼν ὅπλοις τε καὶ μάχης νόμῳ,
ὥδευσε λοιπὸν τὴν προκειμένην τρίβον.
εἰς δ' Ἀντιόχου τὴν πόλιν ἠπειγμένος
ἐναπεπνίγη, φεῦ θεοῦ τῶν κριμάτων,

(5940) Per illud tempus rex quoque Alemanniae misit legatos, qui rogarent Caesarem ut sibi atque exercitui pacificum Romanam per dicionem annueret transitum, proficiscenti ad Palaestinae locos. (5945) ad regem autem cursus logotheta Caesar praemisso foedera composuit. accepta vicissimque oblata fide stabilem fore cum rege amicitiam, logotheta ad Caesarem est reversus. (5950) rex autem fines imperii ingressus usque ad Philippi urbem promovit castra. exin alternabant vario affectu, insuper contendebant dimicabantque regis praedicti Caesarisque milites, (5955) donec Alemannum agmen fretum transiit et Philadelphi usque ad urbem venit, praeteriensque Phrygiam et Laodiceam celeri cursu pervenit Philomelium, ubi rex pugnam cum Sultano ciet, (5960) eoque victo potitur oppidulo, idque direptum consumit incendio. pergit deinde ad Iconium urbem, quam postquam expugnavit virtute bellica, propositum sibi prosequebatur iter. (5965) iamque ad Antiochi urbem properabat, cum suffocatus est, o dei iudicia! rapidis undis flu-

ἐναπολῃφθεὶς ταῖς δίναις τῶν ὑδάτων.
υἱὸς δ' ἐκείνου τὸ κράτος δεδεγμένος
καὶ μέχρις αὐτῆς Ἀντιοχείας φθάνει,
κἀκεῖθεν ἥκων Συριακὰς πρὸς πόλεις
ἐλευθεροῖ ταύτας γε τῶν ἐκ τῆς Ἁγαρ.
πολλὰ δὲ καμὼν κλήσεως Χριστοῦ χάριν
ἐκεῖ καταλέλυκε καὐτὸς τὸν βίον·
οἱ δ' Ἀλαμανοὶ νανσὶ πρὸς τὴν πατρίδα
αὖθις ἐπανήχθησαν εὖ σεσωσμένοι.
Καὶ Φραγγίας ῥὴξ Γερμανῶν τ' ἄρχων πάλιν
νανσὶν ἐπῆλθον ὁπλῖται τοῖς ἐξ Ἁγαρ,
οὐκ ἴσχυσαν ὅμως δὲ Σιὼν ἁγίας
σφᾶς ἐξελάσαι καὶ νεμεῖν χριστωνύμοις,
ᾤχοντο δὲ πλῷ καὶ πάλιν ἐς πατρίδα.
ὁ δ' Ἰγκλίνων ῥὴξ κατάρας ἐς τὴν Κύπρον
ταύτης τε κρατεῖ τοῖς ὅπλοις κατὰ κράτος,
δεσμεῖ δὲ συσχὼν καὶ τύραννον τῆς Κύπρου
Κομνηνὸν Ἰσάκιον, Ἔχετον τρόπους·
καὶ καταπλεύσας πρὸς Παλαιστίνης τόπους
στράτευμα κατέλιπεν οἰκεῖον Κύπρῳ,
ὁ Γερμανῶν ῥὴξ δηλαδὴ τῶν Ἰγκλίνων,
καὶ τῆσδ' ἐκυρίευσεν ὡς ὑπηκόου,
ζωῆς δ' ἀφορμὰς αὐτόθεν κεκτημένος.

5976 *Γερμανῶν*] ita codex. et quidem infra Ephraemius declarat Germanos hoc loco se intelligere Anglos, qui olim scilicet in Britanniam e Germania commigraverant. M.
5984 *Ἰσάκιον*] codex *Ἀλέξιον*, manifesto errore, quem coarguit Nicetas, immo ipse Ephraemius, qui de Isaacio Cypri tyranno in superioribus verba fecit. M.

minis abreptus. ipsius autem filius suscepto imperio usque ad Antiochi progreditur urbem; (5970) unde ad Syriacas pergens civitates Agarenorum iugum ab illis depulit; Christique causa plurimum laborans et ipse vitae terminum illic habuit. tum Alemanni navibus inscensis (5975) reversi sunt in patriam incolumes.

Rex quoque Galliae et Britanniae dominus cum classibus armatis supervenerunt; cumque Agarenos pellere ex urbe sancta frustra tentassent, ut Christianis traderent, (5980) marino rursum cursu in patriam redeunt. antea tamen in Cyprum exscenderat Anglorum rex, et insula potitus fuerat, eiusque vinclis tyrannum tradiderat, Comnenum Isaacium, novellum Echetum. (5985) tum Palaestinas navigans ad terras praesidium suum in Cypro reliquerat, Germanicorum, inquam, rex Anglorum, eiusque dominum se gerebat insulae, et commeatum militi hinc subve-

ἐν τῷ μέλλειν δὲ πρὸς πατρίδ' ἀπιέναι
ῥηγὶ Κύπρον δέδωκε τῆς Παλαιστίνης
οἰκεῖν τε ταύτην, εἰ σχολὴν ἄγει μάχης,
καὶ κυριεύειν καὶ κρατεῖν τῆς Κυπρίων
ὡς ὑπ' ἐκείνου προσνεμηθείσης πόθῳ
ζωηφόρῳ μνήματι τῷ τοῦ κυρίου
καὶ συναφθείσης τοῖς ὅροις Παλαιστίνης.
Ἄγων μετάγων συγχέων μετατρέπων
ἀνθρώπινα θεῖά τε πράγματα κράτῳρ,
καὶ δραματουργῶν ὡς δέδοκτό οἱ μύνῳ,
εὐθὺς ἐρείσας τὸν πόδα κραταρχίᾳ
τὸν πατριάρχην τοῦ θρόνου παραλύει
τὸν Καματηρὸν Βασίλειον ἀδίκως,
τὸν Μουντάνην δὲ Νικήταν ἀντεισάγει,
τριπέμπελόν τε καὶ χρόνῳ παρειμένον.
οὗπερ καταγνοὺς ἀφέλειαν αὐτίκα
ἄκοντα κατήγαγεν ἱεροῦ θρόνου,
καί τινα Λεόντιον ἐγκαθιδρύει,
ἄνδρα μοναστήν, ἀρετῆς ὄντ' ἐργάτην·
ὃν τῷδε δεῖξαι τὴν ἀπείρανδρον κόρην
ἔφασκε νυκτὸς συλλόγων ἠθροισμένων,
εἶδός τε κλῆσιν ἀρετὴν τοῦδ' εὐστόχως
μάλα διαγράψασαν ὡς ἐν εἰκόνι.
ἀλλά γε καὶ τόνδ' ἀπελαύνει τοῦ θρόνου,
πάντα παριδὼν τὰ προηγορευμένα,
μετάθεσιν δὲ δραματουργεῖ ποιμένος·
ἀρχιθύτην γὰρ τῆς Σιὼν τῆς ἁγίας,

hebat. (5990) verum in patriam reversurus postea Cyprum donavit Palaestino regi, ut illic pacis tempore vitam degeret et Cypriorum regem se gereret, quod ipsi regnum tribuit affectu pio (5995) propter vivificum domini sepulcrum, quia prope Palaestinae fines erat.

Interim imperator susque deque agebat, cuncta humana et divina ferens, rapiens, commutans, ut fit in scenis, pro suo arbitrio, (6000) summa fretus potestate. sede deiecit iniusta sententia Camaterum Basilium patriarcham, substituitque Nicetam Montanum vel potius depontanum, confectum senio; (6005) quem mox despectum ob ineptitudinem pontificali invitum honore exuit. porro Leontium quendam in sede posuit monachum et virtuti navantem operam, quem sibi demonstratum a sancta virgine (6010) noctu affirmavit in publica concione, sibique nomen eius virtutem formam descriptam esse caelitus ceu in tabula. verumtamen hunc quoque solio pepulit, pensi non habens quicquid ante dixerat. (6015) deinceps vero pastorem transferre maluit:

κλῆσιν Θεοδόσιον, φύντα Λατίνων,
ἐθάδα τῷδε καὶ προήγορον κράτους,
εἰς πατριαρχῶν ἀνάγει προεδρίαν.
ἀλλ' οὐδὲν ἀπώνατο τῆς καινουργίας·
ἀμφοῖν γὰρ ἐκπέπτωκεν ἱεραρχίαιν,
Σιών τε τῆς πρὶν καὶ βασιλίδος πάλιν,
καὶ τῶνδ' ἀτίμως ὁ προβληθεὶς ἀκρίτως.
ἔπειτα Γεώργιος ὁ Ξιφιλῖνος
ποιμὴν ἀναδέδεικτο τῆς Κωνσταντίνου.
Ἐκ τῶν πρὶν εἶχεν αὐτοκράτωρ σπερμάτων
παῖδας φυτεύσας καλλιπαρθένους δύο,
ὧν ἀποκείρει κατ' ἔθος πρεσβυτέραν,
καθιερώσας ὡς ἀμνάδα κυρίῳ·
μεταβεβληκὼς δ' εἰς μονὴν ἀσκουμένων
καὶ παρθενῶνα δαπάναις ὡς ἀφθόνοις
Ἰωαννίτζη τὸν κεκλημένον δόμον,
ἐνταῦθ' ἐνασκεῖν καὶ κατοικεῖν προσνέμει.
ῥηγὸς δὲ συνέζευξεν υἱῷ δευτέραν
τῆς Σικελίας τοῦ Ταγγρὲ κεκλημένου,
κληροῦχον ἀρχῆς πατρικῆς ἀνατρέφων
τὸν υἱὸν Ἀλέξιον ὕστατον χρόνῳ,
ὃς συμφορᾶς ἤνεγκε πατρίδι βάρος.
Οὐ Λυδὸς Θεόδωρος, οὐ Βρανᾶς μόνον
πτερνισμὸν ἦραν κατὰ τοῦ στεφηφόρου,
ἀλλὰ σὺν αὐτοῖς καὶ δυὰς Ἀλεξίων,
οἳ σφᾶς ἐπωνύμωσαν αὐτοὺς υἱέας

quippe sanctae Sionis archipraesulem nomine Theodosium, Latinum genere, sibi familiarem atque imperii vatem, ad patriarchae summum honorem transtulit. (6020) sed nihil huic profuit facti novitas: utroque enim excidit sacerdotio, Sionis ac regiae metropoleos, admissus inconsulte, eiectus turpiter. ad extremum Georgius Xiphilinus (6025) Constantini pastor est datus urbi.

Caesari natae fuerant ex primis nuptiis virgines pulchri adspectus filiae duae; quarum priorem rite comas tonsam instar agnae domino sacratam obtulit, (6030) proptereaque vertit in monasterium parthenonemque maximis impensis palatium dictum antea Ioannitzae: hoc, inquam, attribuit natae diversorium. alteram autem tradidit nuptam filio (6035) regis Siciliae nomine Tancredi. apud se vero imperii paterni heredem alebat Alexium, filium natu minimum, qui patriam suam oppressit malorum cumulo.

Nec soli Branas Theodorusque Lydus (6040) calcaneum extulerunt contra Caesarem, verum post illos etiam Alexii duo, qui se iactabant

τοῦ πορφυρανθοῦς Μανουὴλ βασιλέως·
ἀφ᾽ ὧν ὁ μέν γε προσλαβὼν ἐκ σουλτάνου
συμμαχικόν τι Περσικὸν πλεῖστον στῖφος
πόλεις ἐπιὼν κατέκειρεν Αὐσόνων·
ὃν νυκτὸς ὑπνώττοντα καθ᾽ Ἁρμαλά που
κτείνας θύτης τις καὶ τεμὼν αὐτοῦ κάραν
ἤνεγκεν αὐτὴν ταγμάτων στρατηγέτῃ.
καὶ ἕτερος δὲ κτείνεται κατὰ μάχην
πρὸς Βασιλείου χαρτουλαρίου Χούμνου.
καί τις δὲ Βασίλειος, Χοτζᾶς τοὐπίκλην,
ἀποστατήσας κατὰ Ταρσίαν πόλιν
χώρας ἐκάκου Ῥωμαϊκὰς καὶ πόλεις·
ὃς συσχεθεὶς ὄμματα πηροῦται τάλας.
καὶ πάλιν ἄλλος, κἀπὶ τῷδ᾽ ἄλλος πάλιν,
ὡς ἐκ χθονὸς γίγαντας αἱρεῖ τις μῦθος,
καὶ πλῆθος ἀντέστησαν Ἰσαακίῳ,
καὶ πάντες ἀπώλοντο τῇ θεοῦ κρίσει.
Ὀργίλως ὢν φίλαυτος οὗτος ὁ κράτωρ,
κἀξ ὑπονοίας καὶ λαβῆς μικρᾶς μόνης
καὶ ζηλοτυπῶν καὶ φθονῶν ὑπηκόοις,
πολλοὺς ἀρίστων παρέβλαψεν εἰς δέμας.
φάους μὲν ἐστέρησε τοῦ τῶν ὀμμάτων
Κομνηνὸν Ἀνδρόνικον ἄνευ αἰτίας
καὶ Κωνσταντῖνον Ἀσπιέτην τοὐπίκλην.
ἄλλους δ᾽ ἐναπέκειρε φροντιστηρίοις.
Ληλατούντων σὺν Κομάνοις τῶν Βλάχων

titulo ficticio de Manuele imperatore genitos. alter ex his, instructus a Sultano (6045) militum Persicorum ingenti numero, praedam agebat ex Romanis oppidis; cui noctu consopito prope Harmala sacerdos quidam caput amputavit caesareique exercitus duci obtulit: (6050) alter autem in proelio occisus fuit a Basilio chartulario Chumno. Basilius etiam quidam, vulgo Chotzas, a Caesare deficiens in urbe Tarsia Romanae dicioni molestus erat: (6055) sed tandem captus est excaecatus miser. rursusque alius, et posthinc alius denuo, tellure ceu gigantas educit fabula, immo permulti obstiterunt Isaacio: sed omnes, deo volente, perierunt.

(6060) Hic princeps quia sui nimium amans erat, iracundus, levi de causa suspicax, invidia quoque flagrans adversus subditos, multos mulcavit membris optimates. oculorum quidem eripuit lumen (6065) Andronico Comneno immerenti, et Constantino cognomento Aspietae. alios addixit tonsos monasteriis.

Cum praedarentur Blachi cum Comanis Romanas terras ad occi-

τὰ κατὰ δύσιν Ῥωμαϊκὰ χωρία,
ὅπλα κατ' αὐτῶν βασιλεὺς αἴρει πάλιν.
Ἀγχίαλον οὖν παραμείψας τὴν πόλιν
εἴσεισιν Αἷμον τὴν Βλάχων παροικίαν,
πάντα δὲ τἀκεῖ φρουρίων πολιχνίων
εὑρὼν ἐρυμνὴν ἰσχὺν ἐνδεδυμένα
καὶ τείχεσι πύργοις τε διειλημμένα,
Μυσοὺς δὲ βλέψας ἀγρίων αἰγῶν δίκην
τοὺς ἀποκρήμνους καταλαβόντας τόπους
ὡς Ῥωμαϊκὴν συμπλοκὴν δεδιότας,
πρὸς δ' αὖ Σκυθικὸν ὑφορώμενος στῖφος,
ὑποστροφῆς ἥψατο τῆς πρὸς τὴν πόλιν.
διὰ δὲ τεμπῶν δυσβάτων τε χωρίων
καὶ τρυμαλιᾶς οἷον εἰπεῖν δυσπόρου,
αὐλῶνι σαφῶς πάντα παρεικασμένης,
τὴν ἐς Βερρόην ἐκδρομὴν τεθειμένος
ἀπώλεσε πλεῖστόν τε τῶν στρατευμάτων,
κἀκεῖνος ἂν ἔφθαρτο παρὰ βραχύ τι,
εἰ μὴ βοηθοῦ τοῦ θεοῦ τέτευχέ πως.
ὡς γὰρ ἑαυτοὺς παρέβυσαν εἰς μέσον
ἄναξ τε καὶ στράτευμα δυσπόρου πόρου,
ἡγούμενα μὲν διέβη στρατευμάτων
κακῶν ἀπαθῆ κινδύνου τε καὶ μάχης·
μέσον δὲ τῆς φάλαγγος ὁ κρατῶν ἔχων
ἐπίθεσιν εὕρατο πρὸς τῶν βαρβάρων
ἱστοῖς βαλόντων καὶ δόρασι καὶ λίθοις

dentem positas, (6070) rursus hos contra capit arma Caesar. quamobrem urbe Anchialo praeterita Haemum ingreditur, Blachorum sedem. sed cum castella ibidem cunctasque urbeculas praesidiis invenisset munitas validis, (6075) moenibus atque turribus convestitas, Moesos item cerneret, tanquam capreas, praerupta atque inaccessa tenentes loca, ne cum Romanis pugnam statariam gererent; Scytharum quoque incursum pertimesceret, (6080) reditum ad urbem regiam instruere coepit angustos per anfractus locosque impervios, et per convallem prorsus similem foramini, ut ita dicam, impenetrabili, Berroen versus militum direxit iter, (6085) quorum amisit scilicet partem maximam; atque ipse summo haud aberat exitio, ni sospitator deus tulisset opem. nam cum se in medias coniecissent fauces Caesar exercitusque tam stricti tramitis, (6090) prima quidem transiit frons exercitus sine molestiis proelii atque incolumis: sed media phalanx, in qua Caesar erat, incursum barbarorum coepit perpeti, qui telis lanceis saxis utroque ex latere

ἐκατέρωθεν αὐτὸν ὁπλίταις ἅμα,
ὡς παρὰ μικρὸν τόνδε φυγεῖν τὸν μόρον,
πέσεῖν δὲ πολλοὺς στρατιώτας γεννάδας.
ὅμως διεκδὺς δυστίβητον χωρίον
καὶ πρὸς Βερρόην ἀποσωθεὶς σὺν βίᾳ
ἔμφροντιν εὗρεν στρατιὰν τούτου χάριν,
φήμῃ δυσήχῳ μάλα τεθρομμένην.
τῷ τοι βασιλεὺς τὴν Κωνσταντίνου φθάνει,
ἐκ τοῦδε φήμην οὐ καλὴν ἀνατρέπων.
μικρὸν δ' ὀφρύος καθυφῆκε καὶ τύφου
ἐπαναδραμὼν εἰς πόλιν τὴν τοῦ κράτους,
ἀθυμίας δόρασιν ἐμπεπαρμένην
ἐφ' οἷς κακῶς πέπονθε τὴν ψυχὴν ἔχων.
πρὸ τοῦ δ' ἀνασπῶν τὰς ὀφρῦς ἐπῃρμένως
μετὰ σοβαρᾶς καὶ φρενὸς καὶ καρδίας
ἐπεστράτευσε κατὰ Μυσῶν βαρβάρων,
ὁμφὰς προφητῶν κατὰ νοῦν περιστρέφων,
ὡς ἔξοδον μὲν θεῖτο σὺν θυμηδίᾳ,
ἐπάνοδον δὲ μᾶλλον ἀγαλλιάσει,
βουνοί τε προσδέξαιντο χαίροντες μάλα,
καὶ πάντα χαρήσαιντο τὰ δρυμοῦ ξύλα
τοῦδ' ἐξιόντος εἰσιόντος αὖ πόλιν.
Οὗτός γε δόξαις ἀπαδούσαις ἐμμένων,
χάριν ἑαυτοῦ γνωματεύων ἦν τάδε,
ὡς οὐ δι' ἃ πέπρακτο πλημμελημάτων
ἅπασι κοινῇ τῇ θεοῦ θείᾳ κρίσει
θεῷ δίκην τίννυμεν ἁμαρτημάτων,

(6095) ipsum eiusque agmen impetebant. quare vix is supremum vitavit fatum, multis amissis strenuis militibus. sed tamen tam difficilem emensus locum, magno conatu incolumis Berroen venit, (6100) ubi sua causa invenit anxium militem, tristi rumore valde perturbatum. igitur imperator Byzantium properat, expeditionis famam non pulchrum referens; et sic remisso superbiae supercilio (6105) ingressus est imperii metropolim, maeroris aculeis transverberatum propter acceptam cladem gerens animum. antehac enim elato supercilio, superbia inflatus ac tumente animo (6110) adversus Moesos barbaros processerat, dicta prophetica mente revolvens, cum laetitia fore exitum, reditum autem etiam magis laetum; exsultantesque colles se excepturos, (6115) ipsasque laetaturas saltus arbores, se procedente ex urbe vel redeunte.

In his se oblectans canticis propheticis sibique blandiens haec secum reputabat, nequaquam ob communia quae fiunt peccata (6120) inter mortales celso dei iudicio persolvere nos debitas malitiae poenas, cum

λαῷ παραδοθέντες ἄφρονι τέως
πρὸς σωφρονισμὸν μαστίγωσιν μετρίαν,
ἥπερ φιλοίκτου συμπαθοῦς θεοῦ νόμος·
ὅτι δ' ὀπίσω τῆς Βρανᾶ τυραννίδος
ὑπῆρξε λαός, τοῦδ' ἀποστὰς τοῦ κράτους,
τοιοῖσδε κακοῖς ἐκδεδόσθαι συνέβη·
ὦ τῶν πονηροῦ σκεμμάτων καὶ σπερμάτων,
εἰ ταῦτά τινές εἰσιν ὑπειληφότες,
ὡς μυριάδας εὐσεβῶν ἐκδοὺς ἔχει
θεὸς πρὸς ἀπώλειαν ἔθνει βαρβάρῳ
οὐτινοσοῦν ἀντίψυχον παροινίας,
ὄντος καθ' ἡμᾶς τοῦ κακῶς πεπονθότος.
πρὸς τοῖσδε προυφοίβαζεν ὡς μοναρχίαν
περιβαλεῖται, καὶ Παλαιστίνην πάλιν
ἐλευθερώσας προσενεμεῖ κραταρχίᾳ,
καὶ γάλα δ' ἐθνῶν θηλάσει κατὰ κόρον,
καὶ πλοῦτον αὐτῶν φάγεται καὶ τὰ πάχη
ἐκμυελιεῖ κατὰ τὴν θεοπτίαν.
καὶ τοῦτ' ἀμαθῶς συλλόγων ἡλισμένων
ἔφασκε λαμπρῶς, ὡς Ἀνδρόνικος χρόνων
ἔμελλεν ἄρξειν ἐννάδα Ῥωμαΐδος,
θεὸς δὲ συνέστειλεν εἰς τὴν τριάδα,
κακοῦ φανέντος Ἀνδρονίκου τῷ κράτει·
ἡ δ' ἐξὰς αὕτη τῶν χρόνων Ἀνδρονίκου,
ὡς πορφύρᾳ ῥάκος τι διερρηγμένον,
ἐπιβέβληται τοῦδε τῇ κραταρχίᾳ·
καὶ κατὰ τούτους οὐκ ἀγαθὸς τοὺς χρόνους

tradimur barbarico insano populo ad punitionem iustam correctionemque, qui dei misericordis mos esse solet: (6125) sed quia Branae tyrannidem secutus erat Christianus populus ab imperio deficiens, iccirco his esse implicitum aiebat malis. o scaeva ingenia stultaque consilia, si quis hanc mentem gerit et sententiam, (6130) piorum innumeras a deo catervas barbarae genti ad interitum tradi quamlibet propter erroris insaniam, qua laesus sit fortasse mortalis dominus! quin adeo universalem monarchiam sibi (6135) vaticinans spondebat, et Palaestinam iugo subtractam redditurum se imperio, et se lac populorum ebibiturum, divitias vocaturum, et pinguedinem medullis exhausturum, ut ait propheta. (6140) effutivit etiam palam in concione disertis verbis, Romano Andronicum praefuturum annis imperio novem; ni redegisset deus ad triennium, ex quo Andronicus sceptro abuti coeperat: (6145) subtractum autem Andronico sexennium, ceu purpurae segmentum vi direptum, ad sui fuisse adiectum regni spatium, seque propterea per id sexennium for-

γένοιτ' ἂν ἴσως, οὐδὲ βελτίων πάνυ.
6150 ἐπεὶ δὲ παρέδραμεν ἑξὰς τῶν χρόνων,
αὐτὸς πάλιν ἦν οὐχ ἑαυτοῦ βελτίων.
Βλάχων ὑπῆρξεν ἀνυπόστατον φῦλον,
πλησθὲν λαφύρων Ῥωμαϊκῶν καὶ σκύλων
καὶ πλοῦτον ἅβρὸν ἐνδυθὲν πρὸς τῆς μάχης.
6155 τοίνυν ἐπῆλθε Ῥωμαϊκοῖς χωρίοις,
καὶ Βάρναν εἷλε σὺν Ἀγχιάλῳ πόλεις,
καὶ Τριαδίτζης κατέδραμε τοὺς ὅρους,
καὶ Νίσον ἠφάνισε σὺν τῷ Στουμπίῳ,
λείαν ἐκεῖθεν ἀπαγαγὸν μυρίαν
6160 ἀνδρῶν, γυναικῶν, παντοδαπῶν ἀλόγων.
κυκλούμενος γοῦν τοῖς ἐχθροῖς πανταχόθεν
καὶ μὴ σθένων πάσχουσιν ἀμύνειν ἄναξ,
εἰς τοὺς στρατηγοὺς στρατιὰν κερματίσας,
τὴν μὲν μέρει πέπομφε πρὸς ἑσπέραν,
6165 ἄλλῃ δὲ τήνδε πρὸς πονοῦν πάντως μέρος.
καὶ Βάρναν ἀνέκτισε σὺν Ἀγχιάλῳ,
καὶ ταῖσδε φρουρὰν ἱκανὴν ὑπεισάγει·
αὐτὸς δ' ἐπιστὰς τῇ Φιλίππου καὶ πάλιν
Μυσῶν τε Σκυθῶν ἀνεχαίτιζε στίχας
6170 καὶ δι' ἑαυτοῦ καὶ στρατηγῶν εὐόπλων.
καὶ Τριβαλάρχου καταδῃοῦντος πόλιν
σὺν τοῖς πέριξ ἅπασι τὴν τῶν Σκοπίων,
ὁρμᾷ κατ' αὐτοῦ βασιλεὺς σὺν δυνάμει,
καὶ συμπλακεὶς ἥττησεν αὐτὸν ἐσχάτως.

6164 τῷ πρὸς? 6174 καὶ om V

tasse haudquaquam fore prorsus optimum. (6150) verum ne elapsis quidem praedictis annis visus est mores suos conferre in melius.

Blachorum gens iam erat intolerabilis, Romanis spoliis manubiisque dives eximiisque opibus instructa ad bellum; (6155) quare Romanam incursans provinciam oppidum Varnam cepit cum Anchialo, et Triaditzae quoque invasit agrum, Naissum delevit denique cum Stumpio, abductis inde innumeris manubiis, (6160) viris cum feminis et gregibus omnigenis. conclusus ergo quaquaversus hostibus nec iam tueri victos valens Caesar exercitum bifariam divisit ducibus, partim ad locos iubens abire Hesperios, (6165) partim ad terras nupero afflictas bello. Varnamque instauravit cum Anchialo, idoneumque imposuit his praesidium. ipse profectus denuo Philippopolim Moesorum ac Scytharum repressit impetum (6170) et sua praesentia et ducibus pugnacibus. cumque Triballus princeps Scopiorum urbem cum universo agro popularetur, impetum fecit Caesar cum exercitu illumque triumphali prostravit proelio.

χῶρον παραλλάξας δὲ πάντα τοῦ Νίσου
καὶ πρὸς Σάουβον περθακῶς βαθυδίνην
ἐκεῖσε συνέμιξε κηδεστῇ φίλῳ,
Οὐγγρίας ῥηγὶ τῷ Βελᾷ κεκλημένῳ,
καί οἱ προσαγόρευσιν ἀποτινύει
καὶ τὴν πρεπώδη δεξίωσιν καὶ σχέσιν.
ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἀπαναστὰς ὡς δέον,
μεθ' ἡμέρας εἴσεισι Φιλίππου πόλιν,
κἀκεῖθεν ἀνέζευξεν εἰς Κωνσταντίνου.
Ἐπεὶ δὲ Μυσῶν καὶ Σκυθῶν δεινὸν φῦλον
ἐπεστράτευσε καὶ πάλιν Ῥωμαΐδι,
δῃοῦν δὲ φθάνει μέχρι τῆς Ἀρκαδίου,
καὶ στρατιὰν ἥττησεν αἰσχρῶς Αὐσόνων
πρὸς ἀντιπαράταξιν ἐκτεταγμένην,
ἔγνω δι' αὐτοῦ σφᾶς μετελθεῖν ὁ κράτωρ.
ἀπογραφὴν οὖν συλλογὴν καθ' ἡμέραν
ὁρᾶν ὑπῆρχε Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων,
πρὸς δὲ ξενικὸν συμμαχικὸν μυρίον,
μισθοῦ συνιὸν ἐξ ὅλης ἐθναρχίας.
ὡς οὖν ἀπειράριθμον ἠθροίσθη στῖφος,
ἕξεισιν ἦρος τῆς Κωνσταντίνου κράτωρ,
χρυσοῦ κεντηνάρια πέντε πρὸς δέκα,
ἀργυρίου δ' αὖ ἑξήκοντ' ἐπηγμένος.
καὶ πρὸς Ῥαιδεστὸν τὴν πόλιν ἀφιγμένος,
ἐκεῖ θύσας ἔφαγε μυστικὸν πάσχα,
ἑορτάσας ἔγερσιν ἡμῶν δεσπότου
πρώτην κυριώνυμον, ὡς πιστοῖς ἔθος.

(6175) exin praeteriens cunctum Naissi agrum, progressusque ad ampli fluenta Savi, ibi in congressum venit cum caro socero, cui Belae nomen erat, Ungariae rege; cuius colloquio fruitus, atque ut decuit (6180) invicem impertitis amoris signis, illinc reversus est, vocante officio, brevique post pervenit Philippopolim, atque hinc concessit Cpolim.

Sed quoniam Moesi et Scythae gentes efferae (6185) rursus molesti erant Romanis terris praedantesque pervenerant Arcadiopolim, exercitu Romano victo turpiter, qui contra exire in aciem ausus fuerat, bellum constituit Caesar per se gerere. (6190) conscribebatur itaque quotidie exercitus, Romanique ordines centuriabantur; plurimus etiam advena et auxiliaris conducebatur miles in cuncto imperio. iamque collectis copiis prope innumeris, (6195) vere ineunte Caesar Byzantio exivit, auri quidem centenarios quindecim, argenti sexaginta secum ferens. et ad Rhaedestum usque progressus urbem mysticum ibi manducavit pascha, (6200) resurrectionem Christi solemnem peragens, primam dominicam,

συγγίνεται δ' ἐνταῦθα Βασιλακίῳ,
ἀνδρὶ βιοῦντι βίον ἐξηλλαγμένον
καὶ διαγωγὴν ἀσυνήθη τοῖς ὅλοις·
ὅστις τὰ πρόσθεν προβλέπειν εἶχε κλέος·
εἰς ὃν συνέρρει πᾶς τις ὡς εἰς Λοξίαν.
οὐδὲν διεξῄει δὲ τρανὲς συνόλως
οὐδ' ὑγιές τε καὶ διηυκρινημένον,
ἀλλὰ γριφώδη πάντα πεπλανημένα.
ἐν δ' αὖ γε πολλοῖς ἀπεφλυάρει λόγους
εὐτραπελίας καὶ γέλωτος ἀξίους,
μαστοὺς γυναικῶν ἀναδιφῶν παλάμαις,
περιαθρῶν τε καὶ σφυρὰ τούτων πάλιν,
ἐφ' οἷς συνεῖρε καὶ μακρὰς ληρωδίας.
ὅμως ἐπεσπάσατο συρφάκων ὄχλον,
καί οἱ προσεῖχον οἷα καὶ προηγόρῳ.
συνείπετ' αὐτῷ καί τινα γραϊδίων
οἰστρηλατουμένων τε καὶ παραφόρων,
τὰ δρώμενά οἱ πάντα καὶ λελεγμένα
διατραυούντων ἀφικνουμένοις ὅλοις.
τοῖς πλείοσι δ' ἔδοξε τοῦτον εἰδότων
προφητικός τις καὶ θεῷ πεφιλμένος·
οἷς σύνεσις δ' ἦν καὶ φρένες κρίνειν δέον,
γελοῖος ὑπείληπτο ληρώδης γέρων.
ἔδοξε δ' ἄλλοις πνεῦμα Πύθωνος φέρειν.
ὅστις ἐπιστάντι γε τῷ στεφηφόρῳ
καὶ τόνδ' ἱλαρῶς εὐλογήσαντι τότε
οὐδὲν κατηξίωσε προσχεῖν συνόλως,

Christiano more. ibi in colloquium venit cum Basilacio, viro vivente insolitum vitae genus, nulli suetos profitente mores, (6205) qui futura canendi cluebat gloria, cunctis ad eum venientibus ceu ad Loxiam. nec tamen is dicebat perspicue quicquam, neve quid sanum probeque definitum, verum fallacia cuncta et perobscura. (6210) profecto eius sermones plerumque erant scurriliter effusi risuque digni, papillas feminarum contrectans manibus inspiciensque pariter illarum talos, longas tum demum nectebat cantilenas. (6215) plebeiam tamen turbam is illexerat, praebentem aures sibi tanquam vati. comitabantur illum et quaedam vetulae, vecordi oestro percitae atque insanae, quae gestus eius pariter et dicta omnia (6220) edisserebant populi coronae. vulgares ergo homines qui hunc noverant, prophetae loco habebant deoque cari: verum cordati et sano iudicio praediti ridiculum nugacemque putabant senem; (6225) alii postremo pythonicum credebant. is accedentem per id tempus principem et salutantem comiter ac benivole nullo dignatus

ἄνω δὲ κάτω βακχικῶς πως ἠγμένος
ὀνείδεσιν ἔβαλλε συνειλεγμένους,
τοὺς δ' ἐν τέλει μάλιστα καὶ γερουσίας.
καὶ κράτορα δ' οὐχ ἧττον ἦν κακῶς λέγων,
καί οἱ κράτους δ' ὥρμησεν ἁρπάσαι πῖλον.
μόλις δὲ λήξας πωλικῶν κινημάτων,
τῇ διὰ χειρὸς εὐτελεῖ βακτηρίᾳ
ὄμμαι' ἀμαυροῖ βασιλικῆς εἰκόνος
ἐπὶ πίνακος αὐτόθ' ἐγγεγραμμένης.
τοῦ δ' ὡς μεμηνότος καταγνοὺς ἄναξ
ἄλλαις ἑαυτὸν φροντίσιν ἐνησχόλει.
Ἐκεῖθεν εἰς Κύψελλα φρούριον φθάσας
πρὸς θήραν ἐξώρμησε τέρψεως χάριν,
καὶ συνεκάλει καὶ σύναιμον πρὸς τόδε.
σκηψάμενος δὲ τὴν φλεβὸς σχάσιν ὕδε
τοῦ πρὸς κυνηγέσιον ἐκκρούει δρόμου·
ἔξεισι δ' οὕτως αὐτοκράτωρ καὶ μόνος.
συνίστορες δὲ προσλαβόντες σκεμμάτων
σύναιμον Ἀλέξιον ἄγουσι τάχος
σκηνὴν πρὸς αὐτὴν καὶ βασίλειον θρόνον,
καὶ τόνδ' ἀνεῖπον αὐτοκράτορ' Αὐσόνων,
τοῖς βασιλικοῖς ἀλαλάζοντες κρότοις.
καὶ γνοὺς Ἰσαάκιος τὰ πεπραγμένα
θεοκλυτῶν ἦν κίνδυνον πεφευγέναι.
ἐπεὶ δὲ συνέξοντας αὐτὸν ἱππότας
ἑώρα συντρέχοντας ἀπτέρῳ τάχει,

6233 κράτος V 6238 αὐτάναξ? 6243 σκεψάμενος V

est respectu, auditu: immo hac illac discurrens tanquam Baccha (6230) conviciis circumstantes onerabat, praefectos praesertim ac senatores, nec minus ipsi Caesari maledicebat; quin et detrahere capite tentavit apicem. tandem desistens equinis saltationibus, (6235) vili quem forte manu gerebat baculo oculos violavit regiae imaginis, quae prostabat ibidem picta in tabula. tunc homine ut insani contempto cerebri, Caesar ad alias animum convertit curas.

(6240) Illinc promotis ad Cypsella castris animi causa venatum est profectus, invitavitque fratrem ut secum iret. hic autem venae simulans sectionem venatorium excursum declinavit; (6245) quare imperator solus est profectus. tunc coniurati idoneum nacti tempus germanum eius Alexium raptim ducunt intra tentorium regium thronoque collocant, et Romanum salutant imperatorem, (6250) plausibus, ut fit regibus, concrepantes. audita re Isaacius deum rogabat ut se praesenti discrimini eriperet. tum missos cernens equites qui se caperent, celeri cursu instan-

ἀνεὶς χαλινὰ πρὸς φυγὴν μετετράπη,
καὶ ῥοῦν ποταμοῦ διαβὰς προκειμένου
ἤλαυνεν ἵππον φυγαδεύων ᾗ σθένος.
πλὴν συσχεθείς γε κατὰ Στάγειραν πόλιν
ἐκκόπτεται δὴ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων
κατὰ σεμνεῖον εὐαγὲς τὸ τῆς Βήρας,
οὗπερ δομήτωρ σεβαστοκράτωρ ἔφυ
τοῦδ' Ἀνδρονίκου καὶ τοκεὺς στεφηφόρου.
οὕτω δ' Ἰσαάκιος ἐκκοπεὶς κόρας
ἐν βασιλείοις ἐγκαθείργνυται δόμοις,
οὐχὶ μετασχὼν οἰασοῦν ἐδητύος
διὰ τὸ πάθος ἡμερῶν συχνῶν πάνυ.
ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἔσχεν αὐτὸν οἰκία
ἡ κατὰ διπλοῦν κίονα Προποντίδος,
σὺν μησὶν ἑπτὰ λυκάβαντας ἐννέα
κραταρχίας ἄρξαντα τῆς τῶν Αὐσόνων.

Ἀλέξιος ὁ Ἄγγελος ἔτη ηϛ'.

Οὕτω δ' ἐπιβὰς Ἀλέξιος τοῦ κράτους
καὶ τῶν ὅλων σχὼν καθαρῶς αὐταρχίαν
οὐκ εὐθὺς εἰσέδραμε πρὸς Βυζαντίδα,
ἀλλὰ κακῶς πάσχουσι τοῖς κατὰ δύσιν

6269 atqui Ephraemius in titulo scripserat notam ϛ', quae in Graecorum scriptis significat partem dimidiam. quamobrem et ego perpetuo scripsi *mens.* 6, quae anni pars est dimidia. sed tamen tum ex hoc loco tum etiam aliunde necessario constat, praedictam notam liberiore sensu ab Ephraemio usurpari ob significandum quemlibet anni excessum. quis enim tot Caesares annis N cum mensibus ad amussim sex regnavisse credat? M.

tes habenis laxis, (6255) coepit et ipse in fugam se coniicere; oppositique fluvii tranatis fluctibus cursum equi calcaribus urgebat. sed tamen captus in oppido Stagira orbatus est oculorum luminibus (6260) in venerando monasterio Berae, cuius fundator fuerat sebastocrator imperatoris Andronici genitor. sic Isaacius luminibus cassus regio in palatio clauditur ceu carcere, (6265) ubi propter doloris acerbitatem nullum per dies complures gustavit cibum. exin ad duas columnas (sic locus dicitur) domus ipsi assignatur in Propontide, postquam Romanum dominus imperium (6270) rexerat annis novem cum septem mensibus.

Alexius Angelus an. 8 *mens.* 6.

Atque ita Alexius imperio potitus rerumque summam solus administrans, non tamen festinavit Byzantium statim, sed occiduis partibus

παρὰ Μυσαρχῶν κασιγνήτων δυστρόπων,
Ἀσάν τε Πέτρου, τῆς κακῆς ξυνωρίδος,
προστρέχει πράγμασι καὶ τοῖσδ' ἀμύνει.
δηλοῖ δ' ἐπ' αὐτῷ τὸ πραχθὲν τῇ συζύγῳ,
γερουσίας μέρει τε τῷ κατὰ πόλιν,
κλήρῳ τε παντὶ καὶ πολιτείᾳ πάλιν·
καὶ πᾶς τις ὠσὶν ἀκοὴν πεπραγμένων
ἄγαν ἱλαρῶς ἡδέως ἠκήκοει.
τῆς δ' Εὐφροσύνης Δουκαίνης βασιλίδος
πρὸς τὸν μέγιστον ναὸν ἀφικνουμένης,
στῖφος βαναύσων φρατρίαν δεδρακότες
ἄνδρα Κοντοστέφανόν τινα τοὐπίκλην,
Ἀλέξιον κλήσει δέ, συνειληφότες
ἐν τῷ μεγίστῳ τοῦ θεοῦ θείῳ δόμῳ
ἀνεῖπον ὡς ἄνακτα τῆς Ῥωμαΐδος·
λαμπρῶν δ' ἐνίοις συσχεθεὶς παραυτίκα
φρουρὰν ὑπέστη καὶ κάθειρξιν ἐνδίκως.
καὶ λοιπὸν ἅπας προστρέχων θείῳ δόμῳ
τὴν Εὐφροσύνην ἀνύμινει βασιλίδα.
μεθ' ἡμέρας δ' εἴσεισι καὶ κράτωρ πόλιν,
οὐ πᾶσιν ἀσπάσιος ὢν χάριν ἔδρα
εἰς σύγγονον φίλον τε καὶ βασιλέα·
οἳ καὶ παρεφθέγγοντο δήπουθεν τάδε
"ἂν οἶδεν ὕδωρ τοὺς πεπωκότας πνίγειν,
τί λοιπὸν ἄλλο καὶ πιὼν ζήσαιτό τις;
εἰ δ' οὐ λυτροῦται τὸν σύναιμον κινδύνου

6277 τε πράγμασι?

laborantibus (6275) propter molestos principes Moesorum Asanem atque Petrum, infaustos fratres, opem curamque censuit impendendam. significavit tamen coniugi dignitatem suam senatusque parti quae in urbe erat, (6280) cleroque toti civibusque simul. atque hanc novarum notitiam rerum nemo non libenter hausit auribus. cum tamen Euphrosyne Ducaena ad magnum templum regina procederet, (6285) plebeiae turbae conspirata manus virum cognomine Contostephanum, Alexium autem nomine, deductum in magnum dei venerandum templum, imperatorem Romanum salutavit. (6290) verum is captus statim ab optimatibus meritam habuit carceris custodiam. deinde cunctus populus ad templum currens imperatricem salutabat Euphrosynem. post dies aliquot Caesar quoque in urbem (6295) haud cunctis gratus venit ob suum facinus contra germanum fratrem suumque dominum. atque convicians aliquis sic forte aiebat "si bibentes praefocat aqua, quis iam alio potu vitam toleret? (6300) et si fratrem non redimit a discrimine

ὁ φίλος αὐτάδελφος, οἴχεται φύσις."
ὅμως παρελθὼν εἰς νεὼν θεοῦ μέγαν
καὶ ταινιωθεὶς ταῖν χεροῖν ἀρχιθύτου,
ἔξεισιν αὖθις ὡς ἔθος στεφηφόροις.
ἵππος προσήχθη γαῦρος εἰς ἱππασίαν,
φατνιστός, Ἀραβικός, εὖ ἠσκημένος.
ὡς οὖν ἐπῆλθεν ἐγκαθιζῆσαι δίφρῳ,
ἵππος φριμάσσων γαυριῶν ἦν ἐκτόπως·
ἐμπροσθίους δ' ἄνωθεν ἀννῴων πόδας
καὶ βλοσυρόν τι καὶ μανιῶδες βλέπων,
τὸ δάπεδον δ' ὄνυξι κόπτων συχνάκις,
τὸν ἀναβάτην ἀπεσείετ' ἐξόχως.
ἐπεὶ δὲ λαθὼν ἐμβεβήκει τῷ δίφρῳ
ἡνία λαβὼν ἐν χεροῖν αὐτοκράτωρ,
οὐχ ἧττον ἵππος ἀγέρωχος ἠτάκτει,
πόδας ἀννῴων καὶ κροαίνων ἀγρίως
μετ' ἐξακούστων χρεμετισμῶν καὶ κρότων.
καὶ ταῦτα ποιῶν οὐκ ἔληξε παράπαν,
ἕως κεφαλῆς τοῦ κρατοῦντος τὸ στέφος
χαμαὶ πεσεῖν δέδρακε, καὶ τούτου μέρη
θραῦσίν τε παθεῖν δυσκλεᾶ τ' ἀκοσμίαν,
αὐτὸς δ' ἐπεσφαίριστο μάλ' ἐφεστρίδι.
ἵππον δ' ἀναβὰς ἄλλον ὁ στεφηφόρος
πομπὴν ἐπεισόδιον εἶχεν ἀνύσας
σὺν τῷ πεσόντι καὶ τεθραυσμένῳ στέφει.
ἀπαίσιος δ' ἔδοξεν οἰωνὸς τόδε.

6304 στεφηφόρος? cf. v. 6565. 6322 ἀπεσφαίριστο M.

germanus frater, periit natura." attamen progressus ad templum manum, et patriarchae coronatus manibus, exiit ad pompam Caesaribus solitam. (6305) ad quem sublimis, ut insideret, ducitur equus Arabs de praesepibus et bene exercitus. verum dum Caesar in ephippium insilit, subsultans equus valdeque ferociens, seque anteriores arrigens in pedes, (6310) torvis et iracundia suffusis oculis, et pavimentum ungulis saepe quatiens, miro sessorem recusabat nisu. sed cum repente ephippium occupasset prehendissetque frenum imperator, (6315) nihilo tamen ferociebat minus equus elatis pedibus, terramque verberans, sonorisque hinnitibus aërem complens; neque a furore huiusmodi prius destitit, quam capite coronam excussit Caesari (6320) humi proiectam, cuius etiam partes confractae sunt infauste atque indecore. sessor autem strato corruit purpureo. quamobrem alio inscenso Caesar equo qualemcumque demum absolvit pompam (6325) cum stemmate confracto et deciduo; quod laevum omen visum est spectantibus.

Ὑπῆρχεν οὗτος ἀγαθὸς τρόπους κράτωρ,
μείλιχος, ἡσύχιος, ἠπία φύσις,
ἵλαρὸν εὐέντευκτον ἦθος εὖ φέρων,
μεταδοτικὸς καὶ φιλοικτίρμων πλέον,
πᾶσι προσιτός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
ἡδύς, χαρίεις, εὐπρεπὴς ὄψιν ἄγαν,
ὄρθιος, εὐῆλίξ τε, Νιρεύς τις νέος,
οὔτινα βλάψας εἰς δέμας εἰς οὐσίαν,
οὔτ' αὖ νεοχμώσας τι τῆς ἐκκλησίας,
οὐ καινίσας ἔθιμα τῆς κραταρχίας,
μισῶν διαβόλους τε θῶπας καθάπαξ,
αἰσθητική τις καρδία, σὴς ὀστέων,
τῆς εἰς ἀδελφὸν ἀδίκου παροινίας
ἐν συντριβῇ πνεύματος εὖ ᾐσθημένος
καὶ κατανύξει καρδίας δακρυχέων·
ἐφ' οὗ γυνή τις οὐκ ἐφάνη γαμέτου
ἐκ τοῦδε κακῶς εἰς δέμας πεπονθότος
παρειὰς ἀμφίδρυφος ἢ καὶ λυσίθριξ,
οὐδ' ἀπελαθεὶς ὤπτό τις τῆς πατρίδος.
πλὴν νωχελὴς ἦν καὶ μαλακὸς τὴν φύσιν,
οὐδ' εὖ πεφυκὼς πρὸς διοίκησιν ὅλων
ἐκ τῆς φυσικῆς νωθρότητος συντρόφου
καὶ τῆς τρυχούσης τοὺς πόδας καχεξίας.
Οὗτός γε τοίνυν ἀσφαλῶς σχὼν τὸ κράτος,
καὶ βασιλείοις ἐνδιατρίψας δόμοις,
καὶ δωρεαῖς πλείστους καταπιάνας

6345 τῆς om V 6349 τοὺς om V 6352 τε πλείστους?

Erat hic Caesar indole bona praeditus, comis, tranquillus, mansueto ingenio, hilaris, accessu affatuque facilis, (6330) clemente animo, manu liberali, cunctorum precibus patens, et benivolus, blandus, gratiosus, formosusque admodum, procerus, virente aetate, alter Nireus. neminis hic corpori reive nocuit, (6335) neque in ecclesia quicquam innovavit, nec abrogavit item imperii legibus, assentationis aeque et calumniae osor. cumque esset tenero imbutus animo, crimen adversus fratrem, ut cariem ossium, (6340) exulcerata fixum gerebat mente, gemitibusque et lacrimis expiabat. ipso regnante nulla unquam mulier propter mariti mutilatum corpus vel laceravit genas vel solvit comam; (6345) nec quisquam patria pulsus est in exilium. ceterum socors remissoque ingenio, neque ad remque regendam idoneus propter natura insitam segnitiem, et quia pedibus etiam laborabat.

(6350) Quietus ergo moderans imperio atque in regali desidens palatio plurimos donis largiter ditabat eximiisque augebat dignitatibus.

καὶ φιλοτίμοις ἀξίαις καθηδύνας,
μετὰ στρατιᾶς ἐκπερᾷ πρὸς τὴν ἕω·
ἤκουστο καὶ γὰρ ὡς ἀποστάτης πάλιν
Ἀλέξιός τις Κιλίκων ἐπαρχίας,
προσηγορίαν ὑποδὺς Ἀλεξίου
οὗπερ τοκεὺς ἦν Μανουὴλ αὐτοκράτωρ,
κώμας ἐπιὼν ἀνέσειε τὰς πόλεις.
τοίνυν ἐπιστὰς φρουρίοις Μελαγγείων
καὶ τοῖς ἐκεῖσε βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
ἀναγορευθεὶς πρὸς πόλιν ὑποστρέφει.
Εἶτ' ἀνεφύη Ῥωμαΐδος τῷ κράτει
κακόν τι τερμέριον ἄελπτον πάλιν,
Ἰσάκιος τύραννος αἰσχρὸς Κυπρίων,
ὃς ἐξαπίνης προσρυεὶς τῷ σουλτάνῳ
κἀκεῖθεν εὑρὼν συμμαχικόν τι στῖφος
χώρας ἐκάκου καὶ πόλεις Ῥωμαΐδος.
ὤλλυντο δ' ἄμφω παραπεμφθέντες μόρῳ.
Φροντίδα τιθεὶς δυτικῶν χωρῶν ἄναξ
μετὰ στρατιᾶς ἱκανῆς εὐκαρδίου
ἄνδρα στρατηγόν, τοὐπίκλην Ἀσπιέτην,
κατὰ Μυσῶν πέπομφεν ἐχθρῶν βαρβάρων.
χρησάμενος δὲ μὴ δεόντως τῇ μάχῃ
αὐτοῖς ἑάλω βαρβάροις ἀντιμάχοις.
ποιούμενος λόγον δὲ πλείονα πάλιν
κράτωρ δυτικῶν ἀστέων κακουμένων,
Ἰσαάκιον γαμβρὸν εἰς θυγατέρα,
τὸν σεβαστοκράτορα, πέμπει δευτέρως

in orientem postea cum copiis transiit: (6355) audivit enim denuo rebellem Alexium quendam in provincia Cilicum, nomine adsumpto Alexii Caesare Manuele nati, pagos incursu urbesque perturbare. (6360) ad Melangiorum ergo praesidia pergens, atque illic etiam salutatus dominus reversus est in urbem imperator.

Obortum est deinde Romano imperio molestum monstrum atque inexspectatum (6365) tyrannus ille Cypriorum Isacius; qui ad sultanum repente profugiens atque ibi nactus auxiliares copias, Romanas terras urbesque divexabat. sed enim ambos mors oppressit tandem.

(6370) Caesar de terris occiduis sollicitus peritum ducem cognomento Aspietam cum numeroso validoque exercitu adversus Moesos barbaros hostes misit: verum infelici commisso proelio, (6375) captus est a barbaris Aspieta Moesis. plurimam rursus Caesar gerens curam occiduarum urbium afflictarum Isacium, cui tradiderat filiam nuptui, sebastocratorem dignitate, misit (6380) denuo cum praevalido ingente

σὺν δυσαρίθμῳ στρατιᾷ ῥωμαλέᾳ·
κἀκεῖνος Ἀσὰν συσχεθεὶς τῷ βαρβάρῳ
χρόνια δεσμὰ καὶ κάθειρξιν ὑπέδυ,
ἐν οἷς ἐναπέψυξε βιαίῳ μόρῳ.
πλὴν ἀλλὰ καὶ βάρβαρος Ἀσὰν ἐφθάρη
κλῆσιν Ἰβαγκῷ τινὶ Μυσῶν ἐκ γένους·
καὶ Πέτρος ἀρχὴν τὴν Μυσῶν λαβὼν ἔχει.
καὶ τοῦδε κακῶς ἀποκτανθέντος ξίφει
Ἰωάννης δέδεικτο Μυσαρχηγέτης,
Ἀσὰν Πέτρου σύναιμος, αἴσχιστος τρόπους,
τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀστέων καθαιρέτης.
ὁ δ' οὖν Ἰβαγκὸς προσρυεὶς στεφηφόρῳ
καὶ παρὰ τοῦδε προσδεχθεὶς μάλ' ἀσμένως
χρήσιμος ὤπτο τῷ μέρει τῶν Αὐσόνων,
ἀκμαῖος ὤν τις καὶ χέρας ῥωμαλέος,
ὀξύρροπος δ' οὖν πρὸς θυμὸν καὶ μανίαν.
τούτῳ κατηγγύησε πρὸς συνοικίαν
τὴν θυγατριδῆν βασιλεὺς ἀφιγμένῳ,
ὕπαρχον ἀρχὴν τῆς Φιλίππου χειρίσας·
ὃς ἦν ἐπιτείχισμα Μυσοῖς καὶ Σκύθαις
τειχῆρες Αὐσόνων δὲ χωρίων μέρει.
Τοῖς Ἀλαμανοῖς βαρβάροις Σικελίας
αἰσχρῶς ἁλούσης, ἐν Ἰταλίᾳ τότε
δορυάλωτος συναπήχθη πρὸς βίαν
καὶ θυγάτηρ ἄνακτος Ἰσαακίου,
καὶ κασιγνήτῳ ῥηγὸς Ἀλαμανίας

6386 codex λαβήν. M.

exercitu: sed ab Asane captus etiam hic barbaro, vincla diuturna et carcerem perpessus, ibidem violenta morte obiit. verum et ipse barbarus Asan periit (6385) manu cuiusdam Moesi Ibanci domitus; Petrusque obtinuit Moesiae principatum. sed cum etiam hic gladio fuisset caesus, princeps Moesorum exstitit Ioannes Petri Asanisque frater, ingenio pessimo, (6390) et Romanarum urbium pernicies. Ibancus autem ad Caesarem confugiens atque libente animo receptus Romanis partibus utilem se praebuit, floridus iuvenis, forti manu, (6395) sed ad sumendam iram paratissimus. huic collocavit Caesar in matrimonium in aulam advenienti neptem suam, et praefecturam tradidit Philippopoleos. is autem contra Moesos et contra Scythas (6400) firmum Romani imperii munimen erat.

Iam cum Sicilia ab Alamannis barbaris turpiter esset domita, tunc in Italiam vi deportata est ceu praeda belli filia quoque Caesaris Isaacii; (6405) et regis Alamanniae germano fratri Philippo iuncta est nu-

Φιλίππῳ συνέζευκτο πρὸς γάμου σχέσιν,
πόσιν ἑαυτῆς ἀποβαλοῦσα μόρῳ,
τοῦ Σικελῶν ἄρξαντος υἱὸν πρὸ χρόνων.
ἣ κυκεῶνα πικρίας ἀψινθίου,
6410 *ποτήριον δ' οὐχ ἧττον ὀργῆς κυρίου*
ὀλέθριον κίρνησι τῇ Βυζαντίδι.
Πάσχων τὰ τοῦ σώματος ἄρθρα καὶ βάθρα
οὐ συνεχῶς μὲν καὶ διὰ βίου κράτῳρ,
κατὰ δὲ κύκλους καί τινας περιόδους
6415 *ἔκ τινος ὕλης σώματος κακεξίας,*
ὀδύνας εἶχε καὶ δυσποίστους πόνους
ἐπεισρυέντος τοῦ κακοῦ καὶ τοῦ πάθους.
ἔαρος οὐκοῦν τηνικαῦτ' ἀφιγμένου
πόνοις νικηθεὶς καὶ περιωδυνίαις
6420 *τολμᾷ τι πρᾶγμα κινδυνῶδες καὶ ξένον,*
ὄλεθρον αὐτῷ προξενοῦν παραβόλως·
σιδήρια γὰρ πυρακτωθέντα σφόδρα
σκελοῖν ἐπιτίθησιν ἀμφοῖν καὶ βάθροιν,
καὶ πρὸς βάθος δέδρακε καυτῆρα μάλα.
6425 *καὶ πρὸς βραχὺ μὲν ῥαϊσάντων τῶν πόνων*
μεθ' ὕβρεων ἅπαντες Ἀσκληπιάδαι
μακρὰν ἀπηλαύνοντο κράτορος λόγῳ·
μετὰ δὲ τοῦτο φλεγμοναὶ καυτηρίας
κατέτρυχον κρατοῦντα καὶ ποδαλγίαι,
6430 *καὶ πᾶς ἰατρὸς εἰσκέκλητο σὺν τάχει.*
καὶ πάντας ὑπέθραττεν οὐ φαῦλον δέος,
μήπως ἀνειρχθὲν καθόδου τῆς πρὸς πόδας

ptiali foedere, quoniam priorem ipsi mors abstulerat sponsum, Siciliae quondam regis filium. haec femina conditum amaro absinthio (6410) dominicaque tamquam ira plenum calicem propinavit patriae suae.

Pedibus et arthritide laborans Caesar, haud quidem sine requie vel intervallo, sed temporibus certis ac periodis, (6415) propter vitiosum corporis humorem dolores patiebatur intolerabiles, cum se per corpus morbus circumageret. igitur verno tunc instante tempore, cum angeretur solitis doloribus, (6420) novum audacter tentavit remedium, quod ipsi summum adtulit discrimen: fervidis enim admodum ferri laminis utrique cruri et pedibus impositis inussit grave carnibus cauterium. (6425) et sedatis quidem parumper doloribus, non sine conviciis omnes Asclepiadas procul a se facessere iubebat Caesar: verum cauterii posthinc inflammatio dolorque pedum Caesarem cruciabat, (6430) revocatique medici sunt celeriter, quos omnes haud vanus invasit timor, ne prohibitus quominus in pedes flueret solitus humor sanguinis et saniei,

εἰωθὸς αἷμα σὺν ὕλῃ καταρρέειν,
ἐνσκῆψαν εἰς καίρια σώματος μέλη
οἴσει κρατάρχῃ θάνατον παραυτίκα,
μεταπεσεῖται δ' ἀλλαχοῦ κραταρχία.
τούτων λόγος μάλιστα τῇ βασιλίδι,
κληροῦχον υἱὸν οὐκ ἐχούσῃ τοῦ κράτους,
μόνην ξυνωρίδα δὲ τῶν θυγατέρων,
χῆτιν παθουσῶν τῶν συνεύνων πρὸ χρόνων·
ὧν Εἰρήνη μὲν ἡ χρόνῳ πρεσβυτέρα
συνῆπτο καλῶς πρὸς γάμου κοινωνίαν
Κοντοστεφάνων ἐκ γένους Ἀνδρονίκῳ,
μόρῳ μαλακῷ καταλύσαντι βίον,
ἡ δευτέρα δ' Ἄννα γε συνῴκει πάλιν
Ἰσαακίῳ Κομνηνιάδῃ νέῳ,
Μυσῶν καθείρξει τὸν βίον λελοιπότι,
ὡς ἱστορῶν ἔφρασεν ἀνόπιν λόγος.
Ταῦτα μὲν οὕτω τῷ βασιλεῖ συνέβη·
ὅμως ῥαΐσας, ἀπάρας Βυζαντίδος,
ἐφίσταταί γε Θεσσαλονίκῃ πόλει,
κἀκεῖθεν ὁρμᾷ κατὰ Χρύσου τοῦ Βλάχου,
ὃς παραλαβὼν Στρούμμιτζαν σὺν τοῖς πέριξ,
καί τι κατασχὼν εἰς τυραννείου λόγον
ὑπερφυὲς τειχῆρες αἰπεινὸν λίαν
ἔρυμα δεινόν, Πρόσακον κεκλημένον,
ὃ συνδραμοῦσαι φύσις ἅμα καὶ τέχνη
ἀπρόσμαχόν τ' ἄμαχον εἰργάσαντό πως,

6440 in margine glossa *στέρησιν*. M.

in corporis praecipuis stagnaret partibus, (6435) aegrumque subitanea morte opprimeret, atque ad extraneas sceptrum abiret manus. sermo hic fiebat apud reginam maxime, quae masculum heredem haud peperat, sed filiarum tantum par, (6440) quarum iam erat utraque sponso vidua. Irene natu maior iuncta fuerat splendidis sane nuptiis Andronico, progeniem suam trahenti de Contostephanis; sed is abrupit vitam ob suam mollitiem. (6445) iunior aeque nupta fuerat Anna Comnenorum surculo Isaacio, qui apud Moesos obiit in vinculis, ut nostra historia desuper narravit.

Atque ita Caesaris se res habebant; (6450) qui male firmus adhuc Byzantio excedens Thessalonicam contulit se in urbem. inde perrexit contra Chrysum Blachum, qui Strummitza occupata cum vicinia, tenensque quoddam, veluti regiam suam, (6455) peridoneum munitissimum et sublime ingens castellum cui nomen Prosacon, quod ars certatim cum natura effecerat bellantibus inaccessum et inexpugnabile, Romanae illic

ἣν Ῥωμαϊκοῖς γειτνιάζουσιν ὅροις
μέγα τι κακόν, ἀφανίζουσα λύμη.
τοίνυν ἐπιστὰς βασιλεὺς τῷ Προσάκῳ
μετὰ στρατιᾶς ἀξιαγάστου λίαν,
καὶ συγκροτήσας καρτερὰν Μυσοῖς μάχην,
σπουδὴν ἐτίθει τοῦ Χρύσου κατισχῦσαι
ἑλεῖν τε καὶ φρούριον αὐτοῦ τοῖς ὅπλοις.
μετὰ φόνον γοῦν καὶ κάματον μυρίον
εἰς συμβάσεις βλέψαντος αὐτῷ τοῦ Χρύσου
τοῦ καθυπείκειν βασιλεῖ διὰ βίου,
ἔρυμα κατέχειν βασιλεῖ διὰ βίου,
καὶ σύζυγον σχεῖν ἐκ βασιλείου γένους,
ἄναξ μεταστὰς τῶν μερῶν τοῦ Προσάκου
εἴσεισιν αὖθις τὴν πόλιν Κωνσταντίνου.
Ἀφίσταται δὲ τοῦ κράτους Ῥωμαΐδος
πρόσφυξ Ἴβαγκός, ὢν ἐν Φιλίππου πόλει,
καὶ πλεῖστα δεινῶν Αὔσονας κατειργάκει,
καὶ στρατιὰν ἥττησεν αὐτῶν πολλάκις,
ἑλὼν πρωτοστράτωρα Καμμύτζην μάχῃ,
ἐπιδραμὼν δὲ καὶ πόλεις Ῥωμαΐδος
τὰς πρὸς Βολερὸν μέχρις αὐτῆς Ξανθείας,
καὶ πάντα Μυσῶν, ἧ φασί, λείαν δράσας,
ἀνὴρ ἀτεχνῶς αἱμοχαρὴς καρδίᾳ,
κύων μανικὸς καθυλακτῶν Αὐσόνων·
ὃς ἐς τοσοῦτο μανίας ἐληλάκει

6469 βασιλεῖ διὰ βίου] δὲ καθὰ κατεῖχεν? v. Nicet. p. 672 16.

proximis dicionis finibus (6460) grave imminebat malum et exitium. accedens ergo Prosacon imperator cum florente exercitu et permiro, consertaque gravi cum Moesis pugna, vi nitebatur debellare Chrysum (6465) eiusque arcem armis occupare. post multam autem caedem ac laborem ad pacis condiciones respexit Chrysus, se Caesari fore subditum, si retinere hanc sibi liceret arcem, (6470) et si daretur regia de stirpe uxor. sic re confecta Caesar discedens Prosaco regressus est ad urbem Constantini.

Exin Romano imperio fidem fregit perfuga Ibancus in Philippi urbe, (6475) detrimentisque affecit nostros plurimis: nam et acie saepe discessit victor, Cammytze quoque capto protostratore, et incursavit nostrae dicionis urbes quae sunt Boleron versus usque Xanthiam, (6480) omnia late diripiens agens ferens; vir sine dubio praeditus ferino corde, rabidi canis instar Romanos allatrans; qui eo vesaniae fu-

ὡς συσχεθέντας Αὐσόνων κατὰ μάχην
τέμνειν μελῃδὸν ἐν πότῳ ξιφειδίῳ.
ὅθεν βασιλεὺς ἀπάρας Βυζαντίδος
Ὀρεστιάδα καταλαμβάνει πόλιν.
ὁρῶν ἀποστάτην δὲ δύσμαχον πάνυ
καὶ συνὸν αὐτῷ Ῥωμαϊκόν τι στῖφος
πρὸς συμπλοκὴν φρίσσον τε καὶ θνῆσκον δέει,
ἐξηπορεῖτο φροντίσι προσαντέχων.
πλὴν προυκαλεῖτο πρὸς φιλίαν ἑνστάτην,
μηδὲ στρατιᾶς ἀμελῶν καὶ τῆς μάχης.
καὶ παραλαβὼν τὰς δυνάμεις τὰς ὅλας
καὶ τῆς Φιλίππου τὴν ἐπαρχίαν φθάσας
Στενίμαχον φρούριον εἶλεν ἐκ μάχης,
ἔνθα συνῆκτο βαρβάρων πλεῖστον στῖφος,
οὓς κατεδουλώσατο πορθήσας πόλιν.
ἔπειτα συσχὼν ἀπάτῃ ψευδορκίοις
Ἴβαγκὸν ὠμὸν δύσμαχον κακεργάτην,
εἴσεισι καλλίνικος τὴν Κωνσταντίνου.
Τούτου κρατοῦντος Κομνηναγγελωνύμου,
Ἰωάννου δὲ Καματηροῦ τὸν θρόνον
Βυζαντιάδος ἰθύνειν εἰληχότος,
δόγμ' ἀνεφύη καινοφανὲς καὶ νόθον,
γεννήτορά τε καὶ διδάσκαλον φέρον
τινὰ μοναχὸν Σικιδίτην τοὐπίκλην,
λαλοῦντ' ἀληθῶς ἀπὸ γῆς καὶ κοιλίας.
ζητήσεως οὔσης γὰρ εἰ χρὴ καὶ λέγειν
νοεῖν τε σαφῶς σῶμα Χριστοῦ δεσπότου,

rorisque evasit ut milites Romanos in proelio captos (6485) frustatim ense caederet in convivio. quare imperator abiens Byzantio semet Orestis contulit ad urbem; cumque rebellem cerneret fortem admodum, Romanos autem semet comitantes (6490) proelio abhorrere atque metu exanimes, inops consilii curis aestuabat. igitur condiciones rebelli obtulit, armorum pugnaeque interim non immemor; exercitumque omnem secum trahens (6495) contulit se in provinciam Philippopoleos, ibique castrum cepit vi Stenimachum, ubi barbarorum erat ingens numerus, quos urbem populatus captivavit. deinde capto falsis promissionibus (6500) crudeli Ibanco, pessimo adversario, victor reversus est Cpolim.

Regnante Alexio de Comnenis Angelis, Ioanne autem Camatero ecclesiae sacrum tenente solium Byzantinae, (6505) novum emersit spuriumque dogma, cuius magister erat et creator monachus quidam dictus Sicidites, infima vere blaterans et ventriloquus. nam controversia exorta utrum dicere, (6510) immo et diserte credere nos oporteat cor-

ὃ ληπτόν ἐστιν ἡμῖν ἐν μυστηρίοις,
ἄφθαρτον εἶναι καθάπερ μετὰ πάθος
καὶ θείαν ἀνάστασιν, ἢ φθαρτὸν λέγειν,
ὁποῖον ἦν πρὸ θανάτου καὶ τοῦ πάθους,
ἄφθαρτον οἱ μὲν ἀπεδείκνυον τόδε,
διδασκαλικαῖς χρώμενοι μαρτυρίαις
σοφοῦ Κυρίλλου καὶ πατρὸς Χρυσοστόμου
Εὐτυχίου τε ποιμένος Βυζαντίδος
καὶ Γρηγορίου φωσφόρου Νυσσαέων,
οἵπερ παριστάνουσι διδασκαλίαις
ἐκεῖνο σῶμα δεσπότου πεφυκέναι
τὸ νῦν πρὸς ἑστίασιν ἡμῖν τυγχάνον,
ὃ κρεῖττον ὀφθὲν θανάτου μετὰ πάθος
ζωῆς κατῆρξεν ἀφθίτου βροτῶν χάριν·
οὗ κἂν μέρος τις τυγχάνῃ δεδεγμένος
ἅπαν λαβὼν ἅπεισι σῶμα κυρίου,
καὶ προσθεουργεῖ τοὺς μετασχόντας ξένως.
οἱ δ' ἐκ μερίδος τῆς ἐναντίας πάλιν
ἔφασκον αὐτὸ μηδὲ τύπον παρέχειν
σεπτῆς μακαρίας τε παλινζωΐας,
τελούμενον δὲ θυσίαν μόνην φέρειν,
κἀντεῦθεν ἄνουν φθαρτὸν ἄψυχον πέλειν,
καὶ τὸν μετασχόντα δὲ λαμβάνειν μέρος,
οὐχ ἅπαν τὸ σῶμα Χριστοῦ δεσπότου·
εἰ γάρ, φασίν, ἄφθαρτον ὑπῆν καθόλου,
ἦν ἂν ἀναφὲς ἀθέατον τοῖς ὅλοις.

6534 δὲ τὸ?

pus dominicum in mysteriis sumptum incorruptivum esse, ut post passionem admirandamque anastasim, an corruptivum, quale ante mortem fuerat ac passionem, (6515) altera pars aiebat incorruptivum, freta doctrinis atque testimoniis cati Cyrilli et patris Chrysostomi Eutychiique Byzantini praesulis et Nyssenorum phosphori Gregorii, (6520) qui scripto suo suadent magisterio istud a nobis sumptum in mysteriis domini corpus prorsus esse eiusmodi, quale devicta morte post passionem aeternam accepit vitam nostri gratia; (6525) neque aliquantam partem nos percipere, sed universum Christi corpus domini, a quo sumentes sanctificamur mire. verum contrariae partis defensores dicebant ipsum haud praeferre typum (6530) sacrae ac beatae domini anastaseos, sed sacrificium unice mysterio fieri; hinc esse corruptivum, sine sensu, exanime. a nobis autem sumi partem tantum, non universum corpus Christi domini: (6535) nam si hoc esset prorsus incorruptivum, nec

τοιαῦτα συνείροντες οἵδε δυστρόπως
ἁπλουστέρους ἔπειθον ὑπείκειν σφίσι·
τῇ κρείττονι δόξῃ δὲ προστεθεὶς ἄναξ
εἶα φθινύθειν τηνάλλως τοὺς θατέρας.
Μυσῶν γένος κάκιστον, εἰς συμμαχίαν
στῖφος Κομάνων προσλαβὸν παριστρίων,
χώρας ἐπῄει Ῥωμαϊκὰς ἐκτρῖβον,
καὶ λείαν ἀμύθητον αἰχμαλωσίαν
καὶ σκῦλα πλεῖστα κερδᾶναν ὑποστρέφει.
καὶ τοῦτ' ἂν εἶχεν εἰσαεὶ δρᾶν ἐξ ἔθους,
εἰ μὴ τὸ χριστώνυμον εὐσεβὲς φῦλον
τῶν Ῥὼς ἀπεῖρξε σφᾶς κακῆς προθυμίας.
ὁ γὰρ Γαλίτζης ἡγεμών, παραινέσει
τοῦ ποιμενάρχου Ῥωσικῆς ἐκκλησίας,
στῖφος στρατιᾶς ἡλικὼς ὡς μυρίον
ἐπῆλθε τῇ γῇ τῶν Κομάνων ἀθρόον
καὶ χώραν ἠφάνισεν αὐτῶν ἐσχάτως·
καὶ τοῦτο δράσας πλειστάκις φιλοφρόνως
εἰς εὐσεβῶν καύχημα τῶν χριστωνύμων,
σφᾶς συμμαχεῖν ἔπαυσε Μυσοῖς βαρβάροις.
Καί τις Κομνηνῶν ἐκφυεὶς Ἰωάννης,
ἀνὴρ πιθώδης σωματικὴν τὴν πλάσιν,
προκοίλιός τε καὶ λιπόκρεως λίαν,
παχὺς ἐπίκλην ἐκ θέας φερωνύμου,
ἀντάρας ὤπτο βασιλεῖ κατὰ πόλιν.
νεὼν γὰρ εἰσδὺς τὸν θεοῦ θεῖον μέγαν

palpabile fore nec visibile. haec isti falso blaterantes ore imperitiori turbae faciebant fucum; sed imperator obsequens meliori dogmati (6540) sivit contrarios frustra laborare.

Pessima gens Moesorum cum socia manu accolarum Danubii Comanorum terras Romanas incursabat vastans, praedamque agebat plurimam ac captivos, (6545) quibus ditata in patriam se recipiebat. atque id deinceps semper actura fuerat, nisi Rossorum pia gens Christiana cohibuisset barbaros a maleficio. Galitzae quippe princeps, adhortante (6550) ecclesiae summo Rossicae pastore, plurima militari coacta manu in Comanorum agrum repente irruit, eumque extrema affecit vastitate; quod cum egisset saepe amico animo (6555) ad solatium piorum Christianorum Comanicum auxilium Moesis abstulit.

Ioannes quidam de Comnenis genitus, corporis mole dolii formam referens, proiecto ventre, carnibus pinguissimis, (6560) nomine idoneo dictus vulgo Crassus, Caesari se rebellem in urbe praebuit. ingressus enim templum dei maximum, coronam ex iis quae mensa pendebant sa-

καὶ τῶν περὶ τράπεζαν ᾐωρημένων
στέφανον ἐνθεὶς τῇ κρατὶ παρανόμως,
στεφανίτης ἔξεισι τοῦ Θείου δόμου.
καὶ σὺν φρατρίᾳ καὶ συνιστόρων στίφει,
ὄντων ἐπισήμων τε λαμπρῶν ἐκ γένους,
εἴσεισιν εὐθὺς εἰς παλάτιον μέγα,
τοῖς βασιλικοῖς ἀναδούμενος κρότοις.
καὶ βασιλείου καθίσας ἐπὶ θρόνου
τινὰς ἐδωρήσατο λαμπραῖς ἀξίαις.
ὁ συρφάκων ὄχλος δὲ καὶ τῶν ξυγκλύδων
ἀνὰ στενωποὺς ἀμφόδους Βυζαντίδος,
πρὸς δ' αὖ ἀγυιὰς ἐκτρέχοντες λιμένας,
ἀνηγόρευον Αὐσόνων βασιλέα
ἐλευθέρῳ στόματι τόνδ' Ἰωάννην,
τιθέντες εἰς ἅρπαγμα λαμπρὰς οἰκίας.
νυκτὸς δὲ χανδὸν ἐμφορηθεὶς ἀκράτου
παχὺς φρένας κλῆσίν τε τύραννος νέος,
ἀνεί τε πύλας ἀνέτους ἀνακτόρων
ὁπλιτικῆς φάλαγγος ἐσκεδασμένης,
ἔλαθεν ἅλους ὁπλίταις βασιλέως
καὶ τὴν κεφαλὴν ἐκκοπεὶς παναθλίως.
Καὶ δέσμιος δὲ πρωτοστράτωρ Καμμύτζης,
ὃν φθάσας εἶπον τοῖς Μυσοῖς ἡλωκέναι,
εἱρκτῆς τε δεσμῶν ἐκλυθεὶς παρὰ Χρύσου,
σὺν τῷδ' ἀπεστάτησεν Αὐσόνων κράτους,
καὶ κατακρατεῖ Πελαγονίας ὅλης.
συνέσχε καὶ Πρίλαπον ἄστυ ῥᾳδίως,

cra ausu scelesto imposuit in caput suum, (6565) atque ita coronatus templo exiit; et cum favente conspirato globo hominum splendidorum de classe nobili, recta processit ad palatium magnum, plausibus concrepantibus in morem regium. (6570) mox cum regali consedisset throno, splendidis quosdam donavit dignitatibus. miscella vero populi colluvies, per angiportus vias vicosque urbis perque plateas currens atque portus, (6575) Romanum proclamavit imperatorem libera lingua clamitans hunc Ioannem, et simul opulentas spoliabat domos. verum sequente nocte merò oppressus crassus hic mente et nomine tyrannus, (6580) regiae patentibus per socordiam ianuis, cum eius per urbem esset dilapsa cohors, a Caesaris militibus repente captus calamitosum caput ensi obtulit.

Cammytzes quoque protostrator, tentum (6585) quem supra dixi in vinculis apud Moesos, effracto sibi Chrysi manu carcere, cum hoc conspirans defecit a Caesare, et Pelagoniam cunctam occupavit; tum

κατατυραννεῖ Θετταλικῶν χωρίων,
παρακινεῖ τε ῥᾷστα καὶ τὴν Ἑλλάδα,
παλίμβολον τίθησι Πέλοπος κλίμα.
πρὸς τῷδ' ἀποστάτης γε δεύτερος πάλιν,
σπαρτοὺς κατὰ γίγαντας, αἴφνης ἀνέφυ,
Ἰωάννης Κύπριος Σπυριδωνάκης,
τοὐπώνυμον σχὼν ἐκ πατρῴας ἑστίας,
αἰσχρός τις εἶδος ἡλικίαν καὶ τρόπους,
χειρωνάκτης τέχνην τε, τὰς ὄψεις στράβων,
τύχην χαμερπὴς καὶ χθόνιος παντάπαν,
ὑπηρετῶν ἄνακτι τὰ κατὰ δόμους,
φύλαξ ταμείων τῶν ἔσω τεταγμένος,
εἶτα Σμολένων κλίμα λαχὼν διέπειν·
ὃς κατεπαρθεὶς ἀξίαις παραλόγοις
ἦρθη πρὸς ἀπόνοιαν ἀποστασίας.
ὑπῆν βασιλεῖ καὶ κακὸν τρίτον τότε
εἰωθὸς οἱ νόσημα τῆς ποδαλγίας.
στρατευμάτων τοίνυν διελὼν πᾶν εἰς δύο
τὸ μὲν παρέσχε κατὰ Σπυριδωνάκου
γαμβρῷ Παλαιολόγῳ τῷ Ἀλεξίῳ,
τὸ δ' εἶχε πέμψας Οἰνοπολίτῃ πάλιν
εἰς ἀντίμαχον κατὰ Καμμύτζῃ μάχην·
καὶ συμβαλὼν ἥττησε τοὺς ἀποστάτας,
καὶ φυγάδας τίθησι τῷ θεοῦ σθένει,
καὶ Χρύσον ἀπήλασε χώρας Στρουμμίτζης.

6607 *στράτευμα?* 6610 *ἰνοπολίτῃ* V

etiam cepit Prilapum levi nisu, (6590) atque Thessaliae dominum se gessit; nullo obsistente demum commovit Helladem, rebellemque fecit Peloponnesum. tum et rebellis alius repente apparuit, tanquam illi quondam gigantes sparti, (6595) Ioannes Cyprius vulgo Spyridonaces, hoc habens cognomentum paterna ex domo, foedum quid visu, moribus et corpore, oculis homo strabis, arte opifex, humili sorte genitus et terrae filius, (6600) Caesaris olim palatinus famulus, interioris fisci custodiae impositus; exin Smolenam praefecturam nactus, inexspectata dignitate elatus ad apostasiae prorui vesaniam. (6605) tertiam habebat Caesar tunc miseriam, suetos sibi podagrae dolores. bifariam igitur distributo exercitu, partem ducendam contra Spyridonacem genero Alexio tradidit Palaeologo, (6610) alteram vero traditam Oenopolitae ad debellandum misit Cammytzem hostem. proelio conserto utrumque rebellem vicit, eiecitque imperio cum dei ope; et Chrysum quoque pepulit Strummitza.

6615 Ἐφ' ἡμερῶν τούτου γε τῆς κραταρχίας
Ἰωάννης ἔξεισι Μυσαρχηγέτης,
σύναιμος Ἀσὰν καὶ Πέτρου, τῆς Μυσίας
μετὰ στρατιᾶς κατὰ Ῥωμαίων ὅρων,
καὶ διαλαβὼν ὁπλιτῶν πολλῶν ἴλαις
6620 κατὰ Ῥοδόπην τὴν Κωνστάντιαν πόλιν
ᾠκισμένην εὖ καὶ κολώνειαν πόλιν,
ταύτην παρεστήσατο ῥᾷστα τῇ μάχῃ.
καὶ κατερείψας τὸν περίβολον τάλας
εἰς Βάρναν ἦκε τὴν παράλιον πόλιν,
6625 καὶ τήνδε τρισὶ κατασείσας ἡμέραις
παραλαβών τε, κατεδαφίσας ἅμα,
καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ καταχώσας, φεῦ πάθους,
ζωοὺς ἀλάστωρ παρακειμένῃ τάφρῳ
κατὰ μέγα σάββατον εὐλογημένον,
6630 μηδὲν σεβασθεὶς τὰ Χριστοῦ θεῖα πάθη,
ἐκεῖθεν ἀνέζευξεν εἰς τὴν πατρίδα.
Φαῦλον τραγῳδὸν οὐκ ἔδει παριέναι,
τοιοῦτον οἷος ὢν ἐγώ γε τυγχάνω,
εἰς συμφορῶν πέλαγος, εἰς τόσον βάθος
6635 τραγῳδίας τε καὶ κακῶν Ἰλιάδος,
ἃ πάντα συμβέβηκε τῇ Κωνσταντίνου·
ἀλλ' ὅστις ἂν ἤμελλεν ἐκ διαμέτρου
ἅπαντα νικᾶν τραγικὸν πρὸς τὸ κλαίειν
καὶ δραματουργὸν συμφορῶν ἀνθρωπίνων,
6640 οἷοί περ ὄντες τυγχάνουσιν ἐκτόπως
Σοφοκλεῖς Αἰσχύλοι τε σὺν Εὐριπίδαις.

(6615) Adhuc Alexio retinente imperium, Asanis atque Petri Moesorum frater, in principatu patriae successor, Ioannes arma extulit contra imperium; statimque aggressus cum plurimo exercitu (6620) in Rhodopeiis iugis Constantiam urbem bene munitam fastigiisque impositam facili proelio sibi vindicavit. huius deiectis moenibus scelestus homo Varnam perrexit urbem ad mare sitam, (6625) quam continenter tribus diebus quassam, postremo captam exaequavit solo, eiusque cives in subiecta fossa hic daemon obruit vivos, heu dolorem! sabbati magni et benedicti die, (6630) Christi sacram passionem nil reveritus. tum emum in suam patriam est reversus.

Nunc opus haud inepto tragoedo foret, qualis sum ego, ut caneretur digne calamitatum pelagus et abyssus, (6635) malorum inquam Ilias et tragoedia, quae Constantini simul urbi contigit. immo opus foret contra summo vate, qui quemvis superaret plorando tragicum humanarumque actorem miseriarum, (6640) quales fuerunt scilicet illi eximii

πίσυνος ὢν ὅμως δὲ κἀγὼ τῷ λόγῳ,
αὐτοῦ διδόντος, ἐξερῶ τι πρὸς σθένος.
Καθεῖλεν Ἀλέξιος Κομνηνὸς κράτωρ
σύναιμον Ἰσάκιον ἀρχικοῦ θρόνου·
καὶ τάχ' ἂν ὑπῆν συμφέρον κραταρχίᾳ,
εἰ τοῦδε μηδὲν φυλακῆς κατημέλει.
νυνὶ δὲ διάγοντι τῷδ' Ἰσακίῳ
κατά γε διπλοῦν κίονα Προποντίδος
ἀνεύθυνον ξύμπασιν ἦν προσιέναι
καὶ καθομιλεῖν πάντα τε δρᾶν ἀνέδην.
διακόνοις οὖν Ἰταλοῖς κεχρημένος,
ἀνδράσι φίλοις, γράμματ' ἐκπέμπει λάθρα
φίλῃ θυγατρὶ τῇ συνεύνῳ Φιλίππου
Ἀλαμανῶν ἄρχοντος εὐτυχῶς τότε,
δηλοῦντά οἱ ξύμπαντα συμβεβηκότα.
κἀκεῖθεν ἀντίγραφα προσδεδεγμένος
πέμπει πρὸς αὐτὴν Ἀλέξιον υἱέα,
ὃν καὶ λιπεῖν ἤλπιζε κληροῦχον στέφους,
λαθόντα τὴν αἴσθησιν οἷς τούτου λόγος.
ὅπως δὲ λαθὼν διέδρασε, λεκτέον.
οὗτός γε συνέξεισι τῷ στεφηφόρῳ
στράτευμα κινήσαντι κατὰ Καμμύτζη,
εἰς δ' οὖν Δαμοκράνειαν ἐσκηνημένου
ἀπῴχετ' αὐτὸς ἀποδρὰς πρὸς Ἀθύραν.
ἐφόλκιον δὲ νηὸς εὐρείας πάνυ,
Ἑλλησποντίαις Πηγαῖς καθωρμισμένης,

Sophocles Aeschylusque atque Euripides. verum et ego fretus facundiae viribus, harum ope aliquid conabor fari.

Comnenus Caesar expulerat Alexius (6645) germanum Isaacium regali throno; idque fortasse fuerat imperio utile, nisi custodiam pulsi neglexisset. nunc cum Isaacius domum habitaret ad duas columnas sitam in Propontide, (6650) erat cuique liberum accedere, colloquia atque negotia audacter agere. ergo Isaacius usus ministris Italis, amicis sibi viris, arcanas literas mittit ad filiam suam Philippi uxorem (6655) tunc Alamannis imperantis feliciter. in his significabat fortunam suam; receptisque illinc vicissim literis mittere Alexium filium ad ipsam statuit, quem et sperabat regni heredem linquere, (6660) clam illis scilicet qui observabant iuvenem. sed ut latuerit fuga, iuvat eloqui. profectus hic cum Caesare nuper fuerat bellum Cammytzae, ut diximus, inferente: cum autem Damocraniae mora fieret, (6665) fuga adulescens contulit se Athyram. cumque famulus lembus ingentis navis, cuius nauarchus erat Pisanus civis, ad Pegas Hellesponti urbem progressus

ἧς ἡγεμὼν ἦν ἐκ Λατίνων Πισσαῖος,
προευτρεπισθὲν εἰς δοχὴν τοῦ δραπέτου,
ἐκεῖ κατᾶραν ἐξεπίτηδες τότε,
ἡρπακὸς ἐξέπλευσε τὸν νεανίαν,
καὶ πρὸς μέγ' ἀπήνεγκε πλοῖον Λατίνου.
ἐπεὶ δὲ δρασμὸς διέγνωστο τοῦ νέου,
στείλας ἐρευνᾷ βασιλεὺς πλοῖον μέγα.
οὐδὲν δὲ καὶ δράσαντες ἀπεσταλμένοι
παλίνδρομοι φθάνουσι πρὸς βασιλέα·
κειράμενος γὰρ εὐφυῶς οὗτος κόμην,
ἐσθήμασί τε σχηματισθεὶς Λατίνων,
εἱλούμενός τ' αὖ ἀναμὶξ αὐτῶν ὄχλῳ,
ἄγνωστος ἦν ἅπασι καὶ τοῖς εἰδόσιν.
οὕτως ἀποδρὰς Ἀλέξιος, ὡς ἔφην,
πρὸς κασιγνήτην ἐν Σικελίᾳ πλέει,
καὶ τῇδ' ἐποφθεὶς ἐκτραγῳδεῖ τὰ πάθη.
ἡ δ' ἐκλιπαρεῖ τὸν σύνευνον ἀμῦναι
φίλῳ τε πατρὶ δυστυχῶς πεπραγότι
καὶ συγγόνῳ πλάνητι γυμνῷ τ' ἀστέγῳ.
Ταῦτα μὲν οὕτω συνέκυρσε τῷ τότε,
ὑπῆν δ' Ἐριννὺς φθαρτικὴ καὶ πρὶν πόλει,
Ἐρίκος τις Ἀνδουλος δοὺξ Βενετίας,
ἀνὴρ ἀγύρτης καὶ παλαιὸς κακίαν,
Ἄδερ ἀλιτήριος, Αὐσόνων λύμη,
ὃς ὑποτύφων ζώπυρον βασκανίας,
ἐνασμιά τ' αὖ μήνιδος ἔνδοθεν φέρων
ὡς ἐν σποδιᾷ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας,

esset, paratus nempe ad excipiendum profugum, (6670) repente admotus Athyrae littoribus recepto adulescente altum tenuit, atque ad Pisani navem eundem transtulit. sed mox ut fuga innotuit adulescentis, navigium magnum Caesar scrutari iussit (6675) ministros a se missos: sed isti tamen ad eum reversi sunt negotio infecto. etenim apte tonso capillo iuvenis vestimentoque simulans se Latinum, cum se permiscuisset turbae nauticae, (6680) cunctis vel familiaribus fuit incognitus. sic fuga elapsus, ut dictum est, Alexius ad sororem confert se in Siciliam, atque apud illam casus flet domesticos; quae sponsum exoravit ut vindex fieret (6685) parenti suo tam gravibus oppresso malis, fratrique nudo exsuli et sine laribus.

Dum haec peraguntur, Erinnys alia exitiosa Byzantinae urbi dux Venetiarum erat Ericus Dandulus, (6690) vir fraudulentus, veterator pessimus, Ader exsecrandus, imperii pestis, qui arcanam flammam nutriens livoris, atque odii fomitem iamdiu gerens tamquam sub mentis

τῆς δῆθεν, ὡς ἔφασκεν, εἰς συμφυλέτας
παρ᾽ Αὐσόνων πρὶν ζημίας παροινίας,
εὐκαιρίαν πνεύματος ἦν ἀναμένων,
ὡς πυρσὸν ἀνάψειεν αὐτοῦ κακίας
περιφανῆ μέγιστον ἐπταπλασίως
κατὰ κραταρχίας τε καὶ Ῥωμαΐδος.
δραξάμενος γοῦν τηνικαῦτ᾽ εὐκαιρίας,
τὴν πυρκαϊὰν ἦρεν εἰς μέγα φθόνου,
ὕλην χορηγοῦντος δὲ καιροῦ τῷ φθόνῳ,
συνωμότας σχὼν εἰς σύναρσιν κακίας
ἄνδρας τοπάρχας εὐγενεῖς ἐκ Λατίνων,
ἐκπλεῖν ἑτοίμους εἰς Παλαιστίνης ὅρους
πρὸς ἐκδικίαν μνήματος ζωηφόρου.
βουλεύεται δὲ κατὰ Ῥωμαίων σφίσιν.
οὗτοι δ᾽ ὑπῆρχον ἀρεϊκοὶ γεννάδαι,
Μόντης Φεράντης μαρκέσιος ἀξίαν,
κλῆσιν Βονιφάτιος, ἀκμαῖος σθένος,
Βαλδουῖνος κόμης τε χώρας τῆς Φλάντρας,
πρὸς δ᾽ αὖ Ἐρῖκος ἁγίου Παύλου κόμης,
καὶ Δολόϊκος κόμης τῆς χώρας Πλέης,
πλείστοις σὺν ἄλλοις ἀνδράσι τολμητίαις.
πλοῖα δ᾽ ἐτύχθη παντὸς ὡς εἰπεῖν στόλου
εἰς Βενετίαν ἐν τρισὶν ὅλοις χρόνοις,
δρόμωνες ἵππων εἰσδοχεῖς πρὸς τοῖς δέκα
ἑκατόν, εὖ πως τῇ τέχνῃ πεπηγμένοι,
ἑξήκοντα νῆές τε τριήρεις πάλιν.

6703 γε?

cinere repositum, (6695) ob suis illata, ut aiebat, civibus a nobis detrimenta atque iniurias, aurae secundae flabrum exspectabat, ut suae malitiae facem inflammaret maximam luculentam et septemplicem (6700) contra Romani columen imperii. tunc ergo idoneam nactus occasionem, facem ingentium sustulit irarum, suppeditante tempore materiam ignibus. is conspiratos habuit ad facinus (6705) viros toparchas nobiles Latinos, in Palaestinam mox navigaturos ab liberandum domini sepulchrum. cum his ad nostram coniuravit luem. erant hi bellica virtute insignes, (6710) Montisferrati dignitate marchio nomine Bonifacius, vir fortissimus, Balduinusque comes provinciae Flandriae, insuper sancti Pauli Ericus comes, praetereaque Pleae Doloicus comes, (6715) cum audacibus aliis viris plurimis. ac navigia universae prope classis constructa sunt Venetiis per triennium, celeres naves decem supra centum, equis vehendis, optime compactae; (6720) sexaginta praeterea triremes.

Ἔτι δὲ συνήλιστο πλοῖα στρογγύλα
πανταχόθεν μέγιστα τῆς Ἰταλίας,
πληροῦντ' ἀριθμὸν ὑπὲρ ἑπτάκις δέκα.
οἷσπερ συνηρίθμητο πλοῖόν τι τέρας
πελώριον, μέγιστον ὧν ποτ' εἶδέ τις,
κόσμος σφίσιν οὕτω γ' ἐπικεκλημένον.
εἴσεισι τοίνυν ἵππος αὐτὰ χιλία,
ὅπλοις γε κατάφρακτος, εὖ ὡπλισμένη,
ἀσπὶς δ' ὁμοίως, μυριάδες που δέκα,
εἰς παντοδαποὺς ὁπλίτας τετμημένη,
εἰς τζαγρατοξότας δὲ τῶν ἄλλων πλέον.
Ὡς δ' ἦν πρὸς ἔκπλουν ηὐτρεπισμένος στόλος,
ἐνταῦθα βυθὸς ἀνερράγη κακίας
καὶ συμφορῶν θάλασσα κυματουμένη,
ἐπὶ κακῷ κακόν τι προσβάλλον πόλει·
δαλὸς γὰρ Ἀλέξιος τῆς Κωνσταντίνου,
Ἰσακίου παῖς τοῦ βεβασιλευκότος,
ὁ πρὶν ἀποδρὰς λάθρα τῆς Βυζαντίδος,
γράμμασι πάπα τῆς παλαιτέρας Ῥώμης
Ἀλαμανῶν τε ῥηγὸς ὠχυρωμένος,
τοὺς ἐν στόλῳ πλέοντας εἰς Παλαιστίνην
ἐκπλεῖν σὺν αὐτοῖς ἠξίου πρὸς πατρίδα,
συναξιούντων τῷδε ῥηγὸς καὶ πάπα,
οἳ χάριτας ἔφασκον ὀφλήσειν σφίσιν,
εἰ τουτὶ μειράκιον εἰς κραταρχίαν
αὖθις ἐπανάξουσι τὴν φυτοσπόρον.

6729 rectius sine dubio Nicetas 3 9 scribit ἀσπὶς τρισμυρία. M.

tum et rotundae sunt collectae naves undique versum ex Italiae oris peramplae molis ad septuaginta; quibuscum erat prodigiosum quoddam (6725) maximum quotquot umquam visa fuerant navigium, cui mundi nomen fecerant. implerunt autem classem mille equites, armati omnes, immo cataphracti, scutatorum autem militum centum milia, (6730) in varios armaturae distincti ordines; plerique tamen erant ballistarii.

Iam cum parata esset ad cursum classis, tunc dilatavit fauces abyssus mala, inhorruit procellosum aerumnae mare, (6735) incubuit urbi malorum cumulus. infaustus namque Alexius, Isacii filius imperatoris quondam Byzantini, is qui clam antea fugerat ex urbe, literis papae senioris Romae (6740) atque Alamanniae regis communitus, navigaturis adfuit in Palaestinam, petens reverti in patriam cum ipsis, suffragio adiutus, inquam, et papae et regis, qui se praedictis viris habituros (6745) gratiam aiebant, siquidem reponerent adulescentem in paterno

"πρὸς τοῖσδ' ὑμᾶς καὶ τοῦτο σωροῖς χρημάτων
ἀμείψεταί γε καὶ θεραπεύσει τάχα,
εἴπερ δι' ὑμῶν ἀπολήψεται κράτος."
ἄνδρες πανοῦργοι λοιπὸν εἰσδεδεγμένοι,
πολυτρόποις πράγμασιν ἐντεθραμμένοι,
παῖδά τιν' ἁπλοῦν, εὔκολον πρὸς ἀπάτην,
σύμπλουν, ὁμοτράπεζον, ἀλήτην, ξένον,
ὅρκοις ἀναπείθουσι συνθέσθαι σφίσιν
ἃ μηδαμῶς πέφυκε δέξασθαι πέρας.
οὐ γὰρ θαλάσσας κατένευσε χρημάτων
τούτοις παρασχεῖν, ἀλλὰ καὶ συμμαχίδας
νῆας τριήρεις πεντήκονθ' ἅμ' ὁπλίταις
κατ' Ἀγαρηνῶν ἀπόπλουν ποιουμένοις.
πρὸς τοῖσδ' ἐπηγγείλατο, φεῦ ἀμαθίας,
ἐθῶν ἀνακαίνισιν ἀρχαίων πάπᾳ,
ἔθη νεοχμιῶσαί τε τῆς ἐκκλησίας,
καὶ πίστεως δὲ παραποίησιν δρᾶσαι,
ἣν στερκτέαν κρίνουσι παῖδες Λατίνων.
Ἀλλὰ τὰ πρυμνήσια λύσας ὁ στόλος,
πρὸς Ἰάδαρα τὴν πολίχνην κατάρας,
ἐμάχετ' αὐτοῖς, τοῦτο δόξαν Δανδούλῳ.
ὡς δ' οὖν παρεστήσατο φρούριον στόλος,
Ἐπιδαμνίων ἐγκαθώρμισται πόλει,
καὶ τοῖσδ' ἀνηγόρευτο Ῥωμαίων ἄναξ
Ἀλέξιος παῖς, Ἰταλοῖς ὁ συμπλέων.

6760 hoc loco schismaticum se demonstrat aperte Ephraemius. M.

imperio; praeterquam quod innumera pecunia idem et officio gratus foret, si illorum ope imperium reciperet. (6750) callidi homines variisque agendis exerciti negotiis tunc exceptum simplicem puerum, fraudibus expositum, navis mensaeque socium, errantem, advenam, iuratis verbis adigunt spondere (6755) quae numquam poterant exitum sortiri: neque enim tantum maria pecuniae promisit se daturum, sed quinquaginta cum auxiliari milite triremes Agarenorum profligando bello. (6760) praeterea promisit, heu stultitiam! restituturum prisca se papae iura, ritus ecclesiae nostrae reformaturum, talem se denique in Graeciam reducturum qualem Latini profitentur fidem.

(6765) Postquam sublatis demum classis ancoris ad parvam urbem Iadara pervenit, hanc suadente expugnavit Dandulo. quam ubi cepit arcem, progressa classis ad Epidaurum urbem obvertit proras; (6770) ibique est acclamatus Romanus Caesar puer Alexius, cum Italis navigans.

ταῦτα σαφῶς γνοὺς ὁ κρατάρχης Αὐσόνων
ἠρξατο σαθρὰς καὶ παλαιὰς τῷ χρόνῳ
νῆας τριήρεις ἀνακαινίζειν τέχνῃ,
εἰς εἴκοσιν μόλις ἀναριθμουμένας.
ὅρμου δ' ἀναχθεὶς ἐξ Ἐπιδάμνου στόλος,
τυχὼν ἐπιφόρου τε πνεύματος λίαν
αὔρας τε λαμπρᾶς ἐκ πρύμνης ποντιάδος,
ἐφίσταται τάχιστα τῇ Κωνσταντίνου,
ἀστυπολιτῶν μήτινος κατειδότος
σχεδὸν κατάπλουν Ἰταλῶν ἐναντίων.
καὶ τί με δεῖ γράφοντα μηκύνειν λόγον;
γνόντες Λατῖνοι δειλίαν τῶν Αὐσόνων
οἷς σφᾶς ἑώρων τῷ δέει τεθνηκότας,
πιτνοῦσιν ἀκταῖς εὐχερῶς ἔξω φόβου,
στράτευμα δ' ἐξάγουσιν εἰς γῆν ἱππέων.
νῆες δὲ πλοῖα καὶ δρόμωνες αὖ πάλιν
πρὸς κόλπον εὐθὺς εἰσπλέουσι τὴν πρόσω.
ἁλύσεως δὲ προσβαλόντες φρουρίῳ
ἐνάλιοί τε καὶ χθόνιοι κυκλόθεν,
οὓς μὲν φυλάκων εἴργάσαντο φυγάδας,
οὓς δ' αὖ θαλάσσης παρέπεμψαν τῷ βάθει,
κατὰ μάχην κτείναντες ἀνθισταμένους.
ἁλύσεως δ' ἔπειτα ῥαγείσης μέσον
εἰσρύεται πᾶς εὐχερῶς ἔνδον στόλος,
καὶ κακὸν ἀνύποιστον ἦν ἀργαλέον.
στράτευμα λοιπὸν ἱππικὸν πεζόν θ' ἅμα
καὶ πᾶς προσέσχον τῷ Κοσμιδίῳ στόλος.

his intellectis Romanus imperator triremes putres et senio fatiscentes instaurari iussit ab opificibus, (6775) quae vix viginti numero fuerunt. portu discedens Epidauri classis, ventis propitiis utens ad miraculum, quippe marina aura urgente puppes Cpolim tenuit celerrime, (6780) nemine prope civium sciente adhuc Italicorum hostium adventum. nec vero longas loquar per ambages. gnari Latini quantus esset civium metus, quo cunctos cernebant exanimes, (6785) classem secure ac facile advertunt oris: ipsi cum equis in terram desiliunt; cuncta diversi generis navigia in ulteriorem provehuntur sinum usque ad castellum quod catenae dicitur. (6790) sic oppugnantes terra marique urbem partim custodes moenium fugabant, partim classiarios mari demergebant, eratque caedibus inquinatum proelium. ut autem media fracta est catena, (6795) omnis continuo classis introibat, eratque malum nimium, ineffabile. reliquus miles, pedes equesque simul, tum classis etiam pergunt

στρατὸς δ' ἐκεῖ χάρακα πεζὸς πηγνύει,
ἐπιπεφυκότος γε χώρῳ γηλόφου,
τάφρῳ περιδρόμῳ τε διειλημμένον
σταυρώμασί τε ξυλίνοις ἐν τῷ μέρει·
ἀφ' οὗ θεατὰ τὰ βασίλεια πέλει.
ταῖς ἡόσι δ' αὖ ναυλοχεῖ πάλιν στόλος.
ἦν οὖν τὸ λοιπὸν καρτερὰς μάχας βλέπειν
ἑκατέρωθεν πολλάκις τῆς ἡμέρας·
ἄνδρες δ' ὁπλῖται, γεννάδαι στρατηγέται,
εὖνοι βασιλεῖ καὶ προσήκοντες γένει,
μετὰ στρατιᾶς ἱππικῆς πεζῆς θ' ἅμα
συνεπλέκοντο Λατίνοις εὐκαρδίως,
τὸ μὲν παριστάνοντες ὡς ἔνδον πόλις
ὁπλιτικὸν μάχιμον εὐσθενὲς φέρει,
τὸ δ' αὖ ἑαυτῶν ἐν μάχαις εὐανδρίαν·
ἡνίκ' ἀθρεῖν ἦν οὐκ ἀγεννῆ τ Αὐσόνων,
οὐδ' ἀρεϊκῆς ἀνδραγαθίας ξένα,
καὶ μᾶλλον ἔνθα γαμβρὸς ἦν βασιλέως
μάχας στρατηγῶν καὶ διευθύνων ξένως,
Θεόδωρος Λάσκαρις, ἐν μάχαις λέων·
οὗτος τολυπεύων γὰρ ἄριστα μάχας
ἔπληττε κατέπληττε τοὺς ἀντιπάλους.
Συσπειραθὲν στράτευμα λοιπὸν Λατίνων
χερσαῖον ὑδραῖόν τε, φεῦ τῆς μανίας,
ἔγνωκε δεῖν πως προσβαλεῖν Βυζαντίδι,
ἵν' εἰ μὲν ἰσχύσειεν· εἰ δ' οὖν συμβάσεις
δρᾶσαν ἀπίῃ πρὸς κελεύθους ἰδίας.

ad Cosmidium. ibi pedester miles castra struit (6800) in eminentis stationis loco, e regione regii palatii; quae partim fossa circumducta munit, partim decussim trabibus defixis. cuncta item classis constitit in littore. (6805) tum vero utrimque Martis opus grave per diem saepe peragi vidisses. magnanimi correptis armis duces, bene volentes Caesari vel stirpe proximi, cum peditatu simul equitatuque (6810) Latinis resistebant forti animo, portisque se efferebant, ut ostenderent bellicis viribus urbem non destitui, neque se aleam pugnae detrectare. profecto tum Romanos vidisses strenuos (6815) atque Mavortiae memores virtutis, praesertim ubi imperatoris gener bellum ducatu regebat mirifico, Lascaris Theodorus, in proeliis leo. hic enim pugnas fortiter sustentans (6820) caedebat concidebat adversarios.

Quare collectus Latinus exercitus terrestris et maritimus, proh rabiem diram! impetu statuit capere Byzantium, si modo praevaleret; sin minus, (6825) oblatis condicionibus hinc recedere. ergo Latini ho-

οἱ μὲν τὸ λοιπὸν ἀντιμάχων Λατίνων
πλοῖα φέροντες ἱστᾶσι πρὸ Πετρίων,
διὰ κάλων κλίμακας ἴσχοντα ξένας,
ἱστοῖς πρὸς ὕψος εὐτέχνως συνδουμένας·
οἱ δὲ κριὸν τεύχουσι, μηχάνημά τι
καθαιρετικὸν τειχέων πολισμάτων,
κύκλῳ περιστήσαντες ἄνδρας ὁπλίτας
τζαγρατοξότας εἰς μάχην ἀντιμάχων.
καὶ τηνικαῦτα συγκροτοῦσι τὴν μάχην
ὡς κρατεράν τε καὶ σφόδρα φρικαλέαν.
ὁ τειχεσιπλήτης δὲ κριὸς ῥᾳδίως
ἔρρηξε τεῖχος πρὸς θάλασσαν τὸ βλέπον,
κἂν ἀπεκρούσθη συμμάχοις τοῖς Αὐσόνων.
πλοίοις δ' ἐνόντες ἐκ κλιμάκων ὑψόθεν
ἠφίεσαν λίθους τε κοντοὺς καὶ ξίφη
φύλαξι πύργων καὶ προμάχοις τειχέων,
καὶ πρὸς φυγὴν τρέπουσιν αὐτοὺς ῥᾳδίως.
λοιπὸν κρατοῦσι τειχέων πυργωμάτων,
καὶ πυρπολοῦσιν οἰκίας ἱδρυμένας
ἐκ τῶν Βλαχερνῶν ἐς μονὴν Εὐεργέτου.
Ἰδὼν δὲ δυστύχημα τοῦτ' αὐτοκράτωρ
καὶ συνοχὴν δάκρυα τῶν ὑπηκόων,
μέμψεις δὲ τούτων εὐλαβηθεὶς καὶ πλέον,
μόλις ὁπλίτης γίνεται καὶ σὺν βίᾳ.
τῶν βασιλείων δ' ἐξιὼν ὡπλισμένος
πλείστους ἐπεσπάσατο λαμπροὺς ἱππέας
καὶ πεζικὴν φάλαγγα γενναίων νέων.

stes in aciem prodeunt atque naves promovent usque ad Petrium, grandes habentes in antennis scalas funibus alligatas arte mira. (6830) arietem alii machinam obiectant, solitum urbanorum flagellum moenium, et circumponunt homines armigeros, ballistarios, qui hostem verberent. tunc atrox exardescit ad moenia bellum, (6835) terrore plenum, maximis conatibus. ariete expugnatore ruperunt facile obversum mari murum; sed sunt repulsi a nostris auxiliaribus, qui in urbe erant. at classiarii desuper e scalis (6840) lapidibus feriebant telis gladiis turrium custodes moeniumque vindices, brevique eos in fugam coniecerunt. deinde hostes moenibus potiti urbanis ignem domibus iniiciunt (6845) inde a Blachernis ad aedem Euergetae.

Tunc dirum casum cernens imperator, trepidationem lacrimasque civium, horumque verens maxime querimoniam, aegre et coactus tandem in arma rapitur, (6850) et cataphractus prodiens palatio traxit nobilium equitum catervam peditumque iuvenem fortem manum. et fortasse ali-

καὶ τάχ' ἂν ἔργον εὐκλεὲς πέπρακτό οἱ,
σωτήριον πόλει τε καὶ κραταρχίᾳ,
εἰ συνεπλάκη τοῖς ἐχθροῖς ἐναντίος,
ἢ συμπλοκὴν Λάσκαρι γαμβρῷ γεννάδᾳ
ὀργῶντι μάλα συγκεχωρήκει τότε.
νῦν δ' ὑπὲρ αἶσαν ἡ στρατιᾶς δειλία
εἰς ἔσχατον κίνδυνον ὧσε τὴν πόλιν·
μόνον γὰρ εἰς ἔνδειξιν αὐτὸν ὁπλίσας
μικρόν τε φανεὶς ὁ κρατάρχης ὁπλίτης
εὐθὺς ἀπεκρύψατο, μηδέν τι δράσας,
ἀσπάσιος μὲν ἐξιὼν πρὸς τὴν μάχην,
ἐπανιὼν δ' αἴσχιστος ἐκ μάχης τάχα,
θρασυτέρους θεὶς ἀντιμάχους Λατίνους.
ὅμως ὑπεισδὺς τοὺς βασιλείους δόμους
Κομνηνὸς Ἀλέξιος Αὐσονοκράτωρ,
ἔγνωκε δεῖν οἱ συμφέρον τε τυγχάνειν
ἀντιφερίζειν μηδὲν ἀκμῇ κινδύνου.
ἔξεισι νυκτὸς τοιγαροῦν λεληθότως,
πρὸς Λεβελτὸν δ' ἄπεισι φρούριον Θρᾴκης,
ἔνθα προητοίμασε τὴν κατοικίαν,
ὀκτὼ κατασχὼν τὴν βασιλείαν χρόνους
σὺν μησὶ τρισίν, ἡμέραις αὖθις δέκα.

Ἀλέξιος ὁ υἱὸς Ἰσαακίου μῆνας ς'.

Αὖθις δ' Ἰσαάκιος ἄρχει τοῦ στέφους
σὺν Ἀλεξίῳ τεκνίῳ πεφιλμένῳ·
ἐπεὶ γὰρ Ἀλέξιος ἀπέστη κράτους

quod peracturus erat utile urbi facinus et imperio, (6855) si cum hostibus manum conseruisset, vel certe Lascari, genero fortissimo, maxime optanti pugnam permisisset. nunc conservandae vitae dum studet miles, acceleravit urbi discrimen summum. (6860) nam Caesar armis sumptis in speciem tantum, postquam se paulisper armatum ostendit civibus, nulla re digna gesta recessit statim; et qui iucundus nuper in proelium venerat, mox ignominia plenus ex eo discessit, (6865) aucta Latinis hostibus audacia. cum recepisset ergo se in palatium Romanus Caesar, Comnenus Alexius, utile sibi censuit ac necessarium instanti iam periculo non resistere. (6870) clam igitur per noctem elapsus aedibus abiit Debeltum Thraciae castellum, ubi iam sibi instruxerat diversorium, postquam tenuerat regnum annis octo, tribus praeterea mensibus, diebus decem.

Alexius Isaacii filius mens. 6.

(6875) Tunc iterum Isaacius potitur stemmate cum dilecto suo filiolo Alexio: nam postquam prior Alexius cessit regno atque Debeltum,

καὶ πρὸς Λεβελτὸν ἀπέδρασεν, ὡς ἔφην,
εὐθὺς ἀνηγόρευτο πρὸς γερουσίας
Ἰσαάκιος βασιλεὺς πηρὸς φάη,
εἱρκτῆς τε δεσμῶν ἀνεθεὶς παραλόγως,
καθείργνυται δὲ βασιλὶς Εὐφροσύνη.
ὡς δ' ἐγκατέστη καὶ πάλιν κραταρχίᾳ,
τίθησι δῆλον πᾶν τὸ συμβὰν Λατίνοις.
οἱ δ' υἱὸν ἐκπέμπουσιν αὐτῷ σὺν τάχει,
ὃς ἠξίωτο πατρικῆς συνεδρίας
κοινωνίας τε τοῦ βασιλείου κράτους·
καὶ πᾶς προσιὼν δημοτῶν τῶν ἐν τέλει
ἀμφοῖν προσῆγε προσκύνησιν καὶ σέβας.
μετὰ βραχὺ δὲ καὶ πρόκριτοι Λατίνων
τοῖς βασιλείοις παραβαλόντες δόμοις,
τιμῶν τυχόντες δωρεῶν τ' αὖ ἀφθόνων
αὖθις ἀπηλλάττοντο σὺν εὐταξίᾳ.
τούτοις βασιλεὺς δαψιλῶς καθ' ἡμέραν
ὅλας θαλάσσας χρημάτων ἦν παρέχων,
εἰ καὶ σφίσι κέκριτο ῥανίς τις τάδε.
χρήζων τὸ λοιπὸν πλειόνων εἰς δαπάνην
τῶν ἱερῶν ἥψατο φεῦ κειμηλίων
σκευῶν τε θείων καὶ σεβαστῶν εἰκόνων·
καὶ τῶνδε κόσμον ἀθεμίτως λαμβάνων
ὡς κοινὸν ἀργύριον ἢ καὶ χρυσίον
παρεῖχεν ἐχθροῖς Ἰταλοῖς τόνδ' ἀφθόνως.
Οὗτος Πισσαίους Ἰταλοὺς τοὺς ἐν πόλει,
διαφόρους ὄντας γε τοῖς Βενετίκοις,

6886 ὡς V

ut diximus, profugit, a senatu protinus imperator (6880) caecus Isaacius est acclamatus, carcere suo praeter spem emissus. contra regina Euphrosyne custodiae traditur. ille recepto iterum imperio peractam rem significat Latinis; (6885) qui statim ipsi remiserunt filium, ut consideret cum parente domino sociumque honorem obtineret regni. tunc universus populus cum magistratibus utrique simul domino obsequium obtulit. (6890) paulo post etiam duces Latinorum cum ad regales aedes se contulissent, honoribus affecti donisque innumeris quieti recesserunt cum recto ordine. his imperator affatim quotidie (6895) maria pecuniae in sinum ingerebat, quanquam haec ipsis videbantur guttae. mox ad impensas indigus pecuniae coepit diripere sacros thesauros, vasa divina, venerandas statuas, (6900) quibus illicite detrahens ornatum, argenteosque et aureos nummos conflans, hostibus large profundebat Italis.

Is et Pisanos urbis inquilinos antehac a Venetis odio dissidentes,

ἐπὶ κακῷ φεῦ τῆς ὅλης Ῥωμαΐδος
σπεύσας φιλιοῖ καὶ καταλλάσσει τότε.
οἱ δ' ἀντιμάχοις προσρυέντες αὐτίκα
ἀεὶ διῆγον σύσσιτοι συνημμένοι·
ὅθεν Φραγγίσκοι προσλαβόντες τι μέρος
τῶν προσρυέντων Πισσαίων Βενετίκων,
δι' ἀκατίων προσπεπλευκότες πόλει,
συνεισπεσόντες ὁπλῖται ξιφηφόροι
τῇ συναγωγῇ κρυφίως τῶν ἐξ Ἄγαρ,
ἅπαντα λῃστεύουσι τἄνδον καθάπαξ.
τέως δ' ἀπεκρούσθησαν Ἰσμαηλίταις
ἀστυπολίταις σφίσι συμμαχουμένοις.
οἱ δ' ἐκμανέντες πῦρ ἐνιᾶσι δόμοις,
καὶ πυρπολοῦσι τῷ πυρὶ τῷ παμφάγῳ
τὰ πλεῖστα καὶ κάλλιστα τῆς Κωνσταντίνου.
ἁφὴ μὲν ἀπήρξατο πυρὸς τῷ τότε
ἐκ συναγωγῆς, ὡς ἔφην, τῶν ἐξ Ἄγαρ,
τὸ καὶ Μιτάτον τοῖς ὅλοις κεκλημένον,
ὃ πρὸς Θάλασσαν Εἰρήνης τῆς ἁγίας
ἀγχωμάλως ἵδρυτο ναῷ τιμίῳ.
καὶ πάντα φλέξαν ἀφανίσαν τὰ πέριξ
διερρύη πῦρ, πάντ' ἐρημοῦν τὰ κύκλῳ,
ἄχρι μεγίστου καὶ περικλύτου δόμου
Θεοῦ σοφίας καὶ παναγίου λόγου.
διῆκε μέχρι καὶ θαλάσσης θατέρας,
κατά τε μῆκος πυρπολοῦν καὶ πρὸς πλάτος.
οὐκ ἦν τότ' ἀκίνδυνος ἡ φίλων θέα,

(6905) heu cum pernicie universi imperii inter se studuit iungere amicitia. illi adversariis enim reconciliati cum his curabant quotidie convivia. tum etiam Franci, socia cohorte (6910) Pisana Venetaque quae ultro accessit, cymbis in urbem subito delati impetum faciunt simul armata manu in synagogam clam Agarenorum, eiusque omnem rapiunt supellectilem: (6915) verum a Turcis demum sunt repulsi, opem ferentibus Byzantii civibus. illi efferati faculas iniiciunt civium tectis, consumuntque incendio plurima et optima urbis aedificia. (6920) magni fuit autem incendii initium a synagoga, ut diximus, Agarenorum, qui locus vulgo dicitur Mitatum; idque aedificium pertinet ad mare, ubi et Irenes divae templum surgit. (6925) illinc progrediens amburensque omnia, propagatumque gravi cum exitio, devenit usque ad inclytum circum maximum, qui sanctissimae Sophiae templo adiacet; atque ad oppositum venit usque mare, (6930) longe lateque media omnia concremans. nec tutum erat ad amicos accedere, nisi quis cymba semet circumve-

εἰ μή τις ἐχρήσατο πορθμείῳ τάχα.
ταῦτα μὲν Ἰσάκιος ἤχθετο κλύων,
υἱὸς δὲ τούτου πυρπολητὴς πατρίδος
ἔχαιρε τῇσδε συντελεσμῷ καὶ φθίσει.
Οὕτως δ' ἐχόντων πραγμάτων Ῥωμαΐδι
ὁ πρὶν κρατάρχης ἀπάρας Δεβελτόθεν
τὴν Ἀδριανοῦ καταλαμβάνει πόλιν·
ὃ γνοὺς ὁ δαλὸς Ἀλέξιος πατρίδος
ἔξεισιν ἅμα στρατιᾶς Βυζαντίδος,
ἔχων μεθ' αὑτοῦ συστράτηγον Λατίνων
Βονιφάτιον μαρκέσιον Φεράντης,
συνεκστρατεῦσαι πείσας αὐτὸν χρυσίου
κεντηναρίοις ἓξ ὅλοις πρὸς τοῖς δέκα.
περιδραμὼν οὖν Θρᾳκικὰς οὗτος πόλεις,
καὶ πάντα θεὶς εὖ εἰς ἑαυτοῦ συμφέρον,
ἄχρι Κυψέλλων κατιὼν πολιχνίου,
αὖθις ἐπανέστρεψεν εἰς Βυζαντίδα,
καὶ λοιπὸν ἐξήρτητο κακῆς φρατρίας
ἣ συνδιεπράξατο πήρωσιν φίτου
τῷ πατραδέλφῳ καὶ καθαίρεσιν κράτους.
ἐφ' οἷς ἀπηγχόνιστο πηρὸς αὐτάναξ·
ἐκαιροφυλάκει γὰρ ἔκτισιν τέως
τῶν τόνδε κακῶς εἰς φάος δεδρακότων.
ὅθεν τὸν υἱὸν λοιδορῶν οὐκ ἀνίει,
καὶ μᾶλλον οἷς ἔκλυεν ἀνδράσι φθόροις
χαίρειν τε τοῦτον καὶ μάλα γεγηθέναι,
καὶ συγκυβεύειν Ἰταλοῖς καθ' ἡμέραν

heret. haec Isaacius cum maerore audiebat: sed huius filius, patriae pernicies, (6935) tanto gaudebat urbis exterminio.

Romanis rebus ita se habentibus nuper eiectus Caesar Debelto veniens armis insedit urbem Hadriani. infaustus iuvenis, re cognita, Alexius (6940) Cpoli cum exercitu exivit, habens Latinum in comitatu ducem, Montisferrati marchionem Bonifacium, quem mercede conduxerat ad bellum, sedecim auri datis centenariis. (6945) igitur Thraciae peragratis urbibus, reque confecta ex animi sententia, usque ad Cypsella oppidulum progressus; mox ad metropolim retro pedem tulit. dein scelestis partibus adhaesit (6950) hominum qui parentem excaecaverant thronoque deturbaverant, faventes patruo; quam rem aegerrime caecus rex ferebat, qui moliebatur iamdiu supplicium sumere de viris qui se tanto malo affecerant. (6955) hinc maledictis filium incessabat, quem versari cum pessimis audiebat, tali gaudentem maxime consortio; ludere

συγκραιπαλᾶν τε καὶ ῥυπαίνειν τὸ στέφος,
ἀνάξια ξύμπαντα δρῶντα τοῦ κράτους.
ἦν οὖν στυγητὸς πᾶσι καὶ τοῖς ἐν τέλει.
Οὐχ ἧττον ὑπῆν καὶ πατὴρ στυγητέος,
ὀμφάς τινας λόγια συνθεὶς ἀσέμνως,
ἅπερ προηγόρευέν οἱ μοναρχίαν,
ὡς ᾤετ' αὐτὸς δοξομανῶν ἀλόγως.
αὑτόν τε συνάψοντα δύσει τὴν ἕω
ἔφασκεν εἶναι, μὴ νοῶν ὅ τι λέγοι,
κράτος τε παγκόσμιον ἔξοντα τόδε.
πρὸς τοῖσδε καὶ τύφλωσιν ἣν περιφέρει,
ἀρθρίτιδα νόσον τε καὶ ποδαλγίαν
ἀποξύσασθαι καθάπερ λεβηρίδα.
ὥσθ' οἱ προτένθαι τῶν μοναχῶν καὶ λίχνοι,
οἱ πάντα γαστρὶ δρᾶν λέγειν τ' εἰθισμένοι,
τούτῳ συνεσθίοντες ἐν συσσιτίῳ
μόναρχον ἀρχὴν συγκαθίστων οἱ λόγοι,
ἀνθοσμίαν πίνοντες ἄχρι καὶ κόρου,
καὶ κατεφίλουν ἀπατῶντες τὰς χέρας
καὶ προύλεγον σφῶν ἀνακαίνισιν σθένους·
ὁ δὲ προσεῖχεν ὡς ἀπλανέσι σφίσι,
καὶ θεσπιῳδήμασι ταῖς ληρῳδίαις
ἐπιγεγηθὼς σφῶν ἐπεσκίρτα μέγα.
προσκείμενός τ' ἦν ἀστρολέσχαις καὶ μάλα,

6959 καὶ συγκραιπαλᾶν V

6978 invectionem hanc a Niceta sumit Ephraemius; quae si veritate nititur, sine dubio vituperandi sunt monachi illi. sed enim quam saepe haec crimina vel falso dicantur vel exaggerentur a scriptoribus parum piis aut odio aliquo imbutis, satis novimus. M.

quotidie alea cum Italis comissarique, et dignitatem regiam (6960) dedecorare singulos per actus. ergo hunc oderant populus et optimates.

Nec minus odio dignus pater erat, qui concinnatis ridiculis oraculis, quae universale sibi spondebant regnum, (6965) ut laeso cerebro iudicabat fatue, a se coniunctum iri occiduum orbem deblaterans aiebat orienti totiusque mundi dominum se fore; quam patiebatur insuper caecitatem, (6970) arthritidisque morbum atque podagram se positurum veluti exuvias. haec ei suadebant catillones monachi, omnia ventris causa et fari et gerere imperatoris soliti in convivio; (6975) qui huic monarchiam verbis despondentes interim mero sese ingurgitabant, eiusque infirmas manus deosculantes mox recepturas robur praedicebant. credulas senex his praebebat aures (6980) deliramentis atque vaticiniis, atque laetitiis incedebat omnibus. astrologis quin etiam apprime deditus,

καὶ τοῖσδ' ὑπείκων πρὸς τὸ δῆθεν συμφέρον
ἔπραττε πολλὰ τῶν ἀθέσμων ἀλόγως·
καὶ σῦν Καλυδώνιον, ἔργον τι ξένον,
ἕδρας ἐφ' ἧς ἵδρυτο καταβιβάσας
ἤνεγκεν εἰς μέγιστον ἀρχεῖον βίᾳ,
δήμου συώδη μανικὴν ἀταξίαν
παύων, ἐπιφρίσσουσαν ἀτασθαλίαις.
Ὁ δ' ἐλλοχῶν ἦν τῇ βασιλίδι πόλει
στρατὸς Λατίνων ἱππικὸς καὶ νήϊτης,
φιλαργυρίας ὢν ἐραστὴς εἰσάγαν,
ἄπληστος ὄντως πίθος, ὡς παροιμία.
συχνῶς ἐπιόντες δὲ καὶ Προποντίδα
καὶ τὰ πέριξ ἅπαντα τῆς Βυζαντίδος,
ναούς τε θείους καὶ περικλύτους δόμους
πάντας ἐληΐζοντο κατεπυρπόλουν.
ὅθεν πολιτῶν συναλισθέντες στῖφος
ἤτουν λαβεῖν στρατιὰν ἐξ ἀνάκτων
ἡγήτορα σφῶν κατ' ἐχθρῶν ἀντιπάλων.
ἀλλ' ἐξεκώφει πᾶς τις ἐν τούτοις λόγος,
μάλιστα δ' ἀνένευον οἱ στεφηφόροι,
μηδ' ὡσὶν ἄκροις τὴν πρὸς Λατίνους μάχην
ἀκουστέαν κρίνοντες ἐξ ἀμαθίας.
ὁ Λούκας δὲ Μούρτζουφλος ἐξελθὼν μόνος
τοῖς Ἰταλοῖς που συνεπλάκη πρὸς μάχην·
κἀὶ μή τινος τούτῳ γε συνησπικότος,
οὕτω βασιλεῖ δόξαν ἐκ βασκανίας,

6994 καὶ om V 6999 στρατηγέτην?

dum his obsequitur in gerendis rebus, absurda multa fecit et illicita. (6985) nam et suem Calydonium, opus mirum, de base sua commotum, in qua steterat, in maximum transferri palatium voluit, quasi cohibiturus hac re ferociam populi horrentem atque petulantiam.

(6990) Insidiabatur interim urbi regiae exercitus Latinus terra et mari, profundae deditus semper avaritiae, dolium vere inexplebile, ut ait proverbium. is sine fine excurrens per Propontidem (6995) perque Byzantii cuncta suburbana, sacra delubra cum nobilium villis passim subiecto praedabatur igne. quare conspirans civium multitudo exercitum a regibus postulabat, (7000) qui sibi contra hostes suppetias ferret. verum hae preces canebantur surdis, et renuebant maxime regnatores, qui ne mentionem quidem, ob suam stultitiam, bellandi cum Latinis ferre poterant. (7005) solus Murtzuflus Ducas armis sumptis cum Italis conflixit aliquando: verum cum nemo ferret ei suppetias, propter invi-

τάχ' ἂν ἐκινδύνευσεν, εἰ μὴ τοξόται
ἐπήμυναν πόρρωθεν ἐκ τοξευμάτων.
ταῦτ' ἄρα δῆμος πᾶς ὁ τῆς Βυζαντίδος
συσπειραθέντες ἀπετόξευον λόγους
αἰσχροὺς κατ' ἀμφοῖν τοῖν κρατούντοιν Αὐσόνων,
καί τιν' ἐδίφων εἰς κρατάρχην ἐκπόνως.
καί τινα Νικόλαον συνειληφότες
νεανίαν ἄκοντα, Καναβὸν θέσιν,
εἰς κράτορα χρίουσι τῆς Ῥωμαΐδος.
τούτου πραχθέντος Ἀλέξιος δεῖν ἔγνω
σὺν μαρκεσίῳ Λατινικὰς δυνάμεις
ἐν βασιλείοις εἰσαχθῆναι ταχέως·
ὁ γὰρ Ἰσαάκιος λοίσθια πνέων
ἔκειτο, μηδὲν γῆνων ᾐσθημένος.
ὡς οὖν τάδ' ἠνώτιστο δημῶδες στῖφος
καὶ ταραχὰς ᾤδινε καὶ τρικυμίας,
τὸν καιρὸν ἁρμόδιον ἁρπάσας Δούκας
πρὸς ἥνπερ εἶχε σκέψιν ἐν τῇ καρδίᾳ,
Ἀλεξίῳ πρόσεισι νυκτὸς σὺν δόλῳ,
καὶ τόνδ' ἀπατᾷ καὶ δεδίττεται λόγοις,
ὡς δῆθεν αὐτὸν ἀνελεῖν σπεύδων ὄχλος
ἐπὶ θύραις ἕστηκε πᾶς ξιφηφόρος,
ἐφ' οἷς Λατίνοις συμμετέσχε σκεμμάτων.
ὅθεν λιπαρεῖ τὸν Δούκαν νεανίας
αὐτῷ συνοῖσον ὑποθέσθαι πρὸς τάδε.
ὁ δ' αὖ περισχὼν τοντονὶ καταμόνας
δι' ἀφανοῦς ἄπεισι πυλίδος λάθρα

diam sic volente Caesare, in summo fuit discrimine, ni sagittarii (7010) illi affuissent eminus coniectis telis. igitur universus Byzantii populus seditiose murmurans conviciis turpibus appetebat utrumque Caesarem, studioseque alium quaerebat dominum. (7015) et quendam cognomento Canabum, nomine Nicolaum, invitum iuvenem imperatorem cives constituerunt. tunc enimvero Alexius cum marchione (namque Isaacius animam agebat, (7020) nihil iam rerum terrenarum sentiens) ad palatii custodiam sine mora Latinos admovendos censebant milites. sed res perlata ad populi notitiam tumultum statim peperit et seditionem. (7025) tempus id idoneum ratus Ducas ad exsequenda mentis suae consilia, noctu ad Alexium fraudulenter venit, eumque falsis territat sermonibus, nempe ipsius neci intentum (7030) in foribus stare populum districtis gladiis, propterea quod Latinis faveret partibus. tunc enixe Ducam rogabat iuvenis ut sibi adesset ultor in discrimine; quem ille pallio obtectum in solitudine (7035) per occultum posticum

εἴς τι βαθὺ σκήνωμα τῶν ἀποκρύφων,
κἀκεῖσε δεσμεῖ τόνδε καὶ καθειργνύει,
μετὰ δὲ βραχὺ θανατοῖ δι' ἀγχόνης.
αὐτὸς δ' ἀνηγόρευτο Ῥωμαίων κράτωρ,
τοῖς βασιλικοῖς ὡραϊσθεὶς συμβόλοις.

Ἀλέξιος ὁ Μούρτζουφλος μῆνας β' Σ'.

Ὡς οὖν κατέσχε τὴν κραταρχίαν Δούκας,
χρυσῶνας εὑρὼν ἐν στενῷ πεφυκότας,
συσχὼν τελώνας πράκτορας τῶν πρὶν φόρων
ὄγκον παρ' αὐτῶν εἶλε χρημάτων μέγαν,
καὶ τοῖσδ' ἐχρῆτο πρὸς διοίκησιν ὅλων.
καὶ τοῖς Ἰταλοῖς ἀντεπιὼν ὁπλίτης
τὰς ἐκδρομὰς σφῶν ἀνέκοπτε ῥᾳδίως·
ὅθεν ποθεινὸς ὑπῆρχεν ὑπηκόοις,
ἐξαιρέτως δὲ στρατιωτῶν ταῖς ἴλαις.
καὶ Βαλδουΐνου τοῦ κόμητος τῆς Φλάντρας
τὰ πρὸς Φιλέα κατακείροντος μέρη,
ὁ βασιλεὺς ἔξεισι κατ' αὐτοῦ τάχος·
καὶ συρραγείσης ἐξ ἑκατέρων μάχης
ἡ Ῥωμαϊκὴ στρατιὰ νῶτα κλίνει.
ἔνθ' ἂν παραπώλλυτο μικροῦ καὶ κράτωρ·
εἰκών τε σεπτὴ τῆς μητρανάνδρου κόρης,
ἣν ἄνακτες πλουτοῦσι συστρατηγέτιν,
ἐχθροῖς ἑάλω κατὰ τήνδε τὴν μάχην.
ἀφεῖντο δ' ἠμέλητο καὶ συμβιβάσεις,

clam deducit in depressum quoddam tentorium abditum, ibique vinctum miserum custodiae tradit, pauloque post funesto exstinguit laqueo; Romanus autem ipse fit imperator, (7040) assumptis regii culminis insignibus.

Alexius Murtzuflus mens. 2 cum dieb. 15.

Ducas imperii adeptus potestatem, aerarium cernens vacuum pecunia, a superiorum temporum publicanis in ius vocatis aurum exegit plurimum, (7045) idque ad gerendam contulit rem publicam. tum armis captis, Italis resistens, horum excursus cohibebat facile; quamobrem gratus admodum erat civibus, praesertim vero militum cohortibus. (7050) et quia Flandriae comes Balduinus Phileae regionem milite vastabat, adversus illum statim Caesar exiit: sed enim perpetrato Martis opere, terga Romanus convertit exercitus, (7055) parumque affuit Caesar ab interitu: imago vero virginis deiparae, quam nostri reges belli sociam vocant, pugna fervente capta est ab hostibus. tum pacis

καὶ λοιπὸν ηὐτρέπιστο φάλαγξ Λατίνων
πρὸς ἄστεος πόρθησιν ἅλωσίν θ' ἅμα.
ἠϊόνων οὖν ἀποπλεύσαντα σκάφη,
ἐφ' ὧν ὑπῆρχον κλίμακες σὺν ὀργάνοις,
ἀκτῇ προσίσχει τῆς μονῆς Εὐεργέτου,
ἕως Βλαχερνῶν συνεχῶς ἀφιγμένα·
καὶ Δούκας αὖθις πηγνύει σκηνὴν φέρων
ἐπὶ κολωνοῦ πλησίον παντεπόπτου,
ἔνθα θεατὰ τῶν ἐχθρῶν ἦσαν σκάφη.
ἃ καὶ προσέσχε τείχεσι σὺν ὁπλίταις,
οἳ συμπλακέντες ταῖς πρὸ τειχέων ἴλαις
καὶ τοῖς ἐπὶ πύργων γε καθισταμένοις
πρὸς σφᾶς ἀγῶνα καὶ μάχην συνεκρότουν.
ἧττον δ' ἀπηγέγκαντο τὴν τόθ' ἡμέραν.
ἑξῆς δὲ προσβάλλουσι πανσυδὶ πόλει·
καὶ δύο δ' ἄνδρες ἐκ μιᾶς τῶν κλιμάκων,
ἱδρυμένης ἄγχιστα χώρου Πετρίων,
εἰς χῶρον ἁφήλαντο τὸν συνημμένον,
καὶ φυλακικὸν ἐκθροήσαντες ξίφει
σύσσημον ἦραν χαρμονῆς τοῖς φυλέταις,
καὶ πᾶν Ἰταλῶν συνδεδράμηκε στῖφος.
περὶ βασιλέα δὲ τοῦτ' ἠθρηκότες,
καὶ Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς ἴλαρχία,
ᾤχοντο πάντες ἀπιόντες ἐν φόβῳ,
κατὰ χιλίους ὑφ' ἑνὸς πεφευγότες·
καὶ τὰς χρυσείας καταλαβόντες πύλας,

7065 ἀφιγμένη V

conciliandae omissa cura, (7060) ad capiendam urbem diripiendamque se comparabat exercitus Latinus. ergo sublatis ancoris navigia, in quibus erant machinae cum scalis, ab Evergetae monasterii ora (7065) usque ad Blachernas coram constiterunt. vicissim Ducas transtulit tentorium, proximi collis statuens in specula, unde conspicua classis hostium erat, moenibus iam cum milite appropinquans. (7070) moxque congressi cum propugnatoribus urbani muri et turrium custodibus Latini pugnam validam ciebant: sed inferiores illa fuerunt die. postea totus rediit exercitus; (7075) duoque viri per scalam prorepentes, quam inter alias fixerant ad Petria, in apprehensam turrim desiluerunt, praesidioque gladiis profligato signum laetitiae sustulerunt suis. (7080) tunc Italorum omnis cohors irruit. qui vero Caesarem circumstabant aulici atque Romani exercitus rectores, in pedes cuncti se coniecerunt, atque unum mille timidi fugiebant. (7085) qui cum ad portam pervenissent

καινόν τε τεῖχος ῥᾷστα καθηρηκότες,
ἐξῆεσαν τρέχοντες ἀκλεῶς πάνυ.
ἀντίμαχοι δέ, φεῦ ξένης τραγῳδίας,
διασπαρέντες πολλαχῇ Βυζαντίδος
συλῶσι λῃστρεύουσι λαμπρὰς οἰκίας,
καὶ πάντα τὰ χείριστα δρῶσι τὴν πόλιν.
κατακρατοῦσι καὶ βασιλείων δόμων,
τὸν τοῖσδ' ἐνόντα πλοῦτον ἐσκυλευκότες.
ἄναξ δ' ἀγυιὰς τριόδους περιτρέχων
ἔσπευδε λαὸν συναγείρειν εἰς ἴλας
πρὸς ἀντιπαράταξιν ὑπεναντίων·
οἱ δ' οὐχ ὑπεῖκον κρείττον' ὑφηγουμένῳ
καὶ συμφέροντα καὶ σφίσι καὶ τῇ πόλει,
τῶν οὐσιῶν δ' ἕκαστος ηὐτούργει τάχος
μετάθεσίν τε καὶ κατάχωσιν πλέον.
ἰδὼν δ' ὁ Δούκας ὡς ὄνησις οὐκ ἔνι,
ἢ καὶ δεδιὼς ὑπὲρ αὐτοῦ πλειόνως
μὴ συσχεθεὶς τίσειεν ἀθλίως δίκας,
τοὺς βασιλείους εἰσδραμὼν λαμπροὺς δόμους,
βασιλίδα παραλαβὼν Εὐφροσύνην
σὺν θυγατράσι τ' ἐμβαλὼν λεμβαδίῳ,
ἄλους μιᾶς ἔρωτι τούτων ἐκτόπως,
ἔξεισι φεύγων πατρίδα Βυζαντίδα,
ἀνὴρ ὑπάρχων ἀρεϊκὸς ἐν μάχαις,
στερρὸς μαχητής, γεννάδας, ῥωμαλέος,
σοφισματίας κρυψίνους τε τὸν τρόπον,

7096 πρὸς δ' ἀντιπ. V 7105 καὶ βασιλίδα V

auream, novo deiecto festinatim muro, misere foras semet proripiebant. at inimici, heu lugubrem tragoediam! late palantes passim per Byzantium (7090) latrocinando spoliant nobilium domos nihil nefandum urbi non efficiunt. regali quoque occupato palatio, inclusas opes penitus diripiunt. Caesar plateas triviaque percurrens (7095) centuriare nitebatur populum, suadebatque ut hostibus resisterent: at meliora consilia nemo audiebat, quamlibet urbi et sibi profutura, sed unusquisque suis raptim opibus (7100) studebat transferendis aut infodiendis. cum ergo Ducas hilum non proficeret, sibique vehementer iam timeret ne captus graves poenas hosti lueret, regias ad aedes festinatim convolans, (7105) atque illinc sumptam Euphrosynem reginam parvo in phaselo cum filiabus collocans, quarum unam ipse efflictim deperibat, exsul profugit patria Byzantio, vir sine dubio strenuus in proeliis, (7110) constans bellator, magnanimus, fortis, callidus, et consilia celare solitus,

πεφυκέναι πράγμασι κομπάζων ὅλοις,
οὐ σωματικῆς εὖ ἔχων συμμετρίας,
αἰχῶν τὰς ὀφρῦς μάλα συνεσπασμένας,
καὶ βραγχιῶν φάρυγγα, δύσηχος λόγον,
ἡλικίαν μέσος τε καὶ κοῖλος φύσει,
ἄδικος εὐνήν, φιλογύνις καὶ λάγνος,
πρωτοβεστιάριος ὢν τὴν ἀξίαν,
ὅταν κατῆρξε τοῦ βασιλείου κράτους,
ἐξ ἡμέρας δέκα τε σὺν μησὶ δύο
τῆς βασιλείας τὸ κράτος διεθύνας.

Θεόδωρος ὁ Λάσκαρις ἔτη ιθ'.

Ἐπεὶ δ' ὁ κρατῶν ἀπέδρασεν ὡς ἔφην,
Δούκας τε καὶ Λάσκαρις ἤρισαν κράτους,
καταλαβόντες τὸν θεοῦ μέγαν δόμον,
ἄμφω μαχηταὶ καὶ καλοὶ νεανίαι.
κλήρῳ δὲ λαχὼν Λάσκαρις κραταρχίαν
τέως μὲν ἀπείπατο σύμβολα κράτους,
συνέξιὼν δὲ τοῦ νεῶ τῷ ποιμένι
κατὰ Μίλιον καὶ μέρη Βυζαντίδος
τοὺς συνιόντας εὐμενῶς ἠντιβόλει
καὶ παρεκάλει πρὸς μάχην ἀντιπάλων.
μάλιστα πάντων τοὺς περὶ βασιλέα
σείοντας ὤμων ἀρεΐκ' ἄττα ξίφη

7126 sortem intelligo, non clerum; et falli mihi videtur Wolfius Nicetae interpres, qui dictionem ἐκ δὲ κλήρου τὸ πρωτεῖον εἰληφώς explicat *a clero praelatus*. alibi quoque idem mihi Nicetae interpres non semel peccare videbatur. confer v. gr. in hoc volumine p. 116 n. 1. M.

cunctis se iactans idoneum negotiis; corporis forma non satis concinna, adductum semper gerens supercilium, (7115) faucibus raucis, aspera loquela, statura media et valgus a natura, lascivus mulierosus et adulter. is dignitate protovestiarius erat, cum summam potestatem est adeptus, (7120) cuius regales tenuit habenas diebus sedecim supra menses duos.

Theodorus Lascaris an. 19.

Post fugam Caesaris de capiendo imperio Lascaris et alius Ducas decertarunt, in dei templum maximum profecti, (7125) fortis uterque egregiusque iuvenis: verum sors Lascari contulit imperium, qui regia tamen non sumpsit insignia, sed comitante patriarcha egressus ad Milium atque ad alias urbis partes, (7130) populi turmas blande compellabat ad resistendum hostibus adhortans. praecipue vero stipatores re-

Κελτοὺς λιπαρῶν προτρέπων οὐκ ἀνίει.
ἐπεὶ δὲ θωπεύων τε καὶ παροτρύνων
οὐκ εἶχέ τινα τὸν κλύοντα μηδ' ὅλως,
ἤδη δὲ καὶ φάλαγξ τις ὤπτο Λατίνων,
μεθίσταται τάχιστ' ἐκεῖθεν ὡς δέον,
καὶ πρὸς φυγὴν ἔβλεψε καὶ σωτηρίαν.
ἀντίμαχοι δὲ κατ' ἐρημίαν τάχα
τῶν κωλυσόντων ἐκδρομὰς σφῶν ἀνέτους
ἐπῄεσαν, κτείνοντες ἀφειδῶς ξίφει
τὸν προστυχόντα καὶ σκυλεύοντες βίᾳ,
λεηλατοῦντες πυρπολοῦντες τὴν πόλιν,
καὶ πάντα δρῶντες, ὦ δυσυποίστου θέας,
κόσμον συλῶντες ἱερὸν θείων δόμων,
σεπτά τε κειμήλια καὶ θείους πέπλους,
ἔκτυπα Χριστοῦ, μητρὸς αὐτοῦ πανάγνου
εἰς γῆν καταρράσσοντες, ἄλλων θ' ἁγίων,
καὶ τὸν παρ' αὐτοῖς κόσμιον ἐκ χρυσαργύρου
ὄντα διαρπάζοντες οἱ παραβάται,
σεμνὰς γυναῖκας ἱεράς τε παρθένους
ἕλκοντες εἰς ὕβριν τε καὶ φθορὰν βίᾳ,
καὶ τἄλλα κακῶν δρῶντες ὧδ' εἰπεῖν ἔπος
σύστοιχα τούτοις, καθάπαξ ἐοικότα.
ἐν οὖν στενωποῖς τριόδοις λεωφόροις
ναοῖς σεμνείοις, γωνίαις ἀποκρύφοις,
ὁδοῖς ἀγυιαῖς καὶ πλατείαις ἀμφόδοις,
θρήνων στεναγμάτων τε, κωκυτῶν γόων
εἴδους τε λοιπῆς δυστυχοῦς τραγῳδίας

gios, grandes gestantes humeris bipennis, Celtas enixis perurgebat precibus. (7135) sed cum nec blandis suadenti verbis neque adhortanti quispiam auscultaret, iamque appareret cohors Latinorum, Lascaris illinc, ut par erat, abiens fuga saluti consulendum censuit. (7140) interim hostes obviante nemine qui cohiberet liberos excursus, Orco mittebant inclementer animas civium caesorum, opes auferebant, igne latrociniisque vastantes urbem. (7145) o intolerandum lugubre spectaculum! sacer templorum ornatus diripitur; veneranda cimelia almaeque vestes, icones Christi matrisque sanctissimae aliorumque superum sternuntur humi, (7150) atque his pretiosum impia vi detractum metallum sibi vindicant apostatae. matronas venerandas sacrasque virgines ad stuprum rapiunt violenta manu. alia scelesta (nam dicendum breviter) (7155) facinora committunt his similia. ergo angiportus, trivia et ambulacra, sancta delubra et anguli reconditi, fora, viae, vici, compita, plateae, luctu gemitibus clamore et ululatibus (7160) virorum feminarum

ἀνδρῶν γυναικῶν ἦν παριοῦσι κλύειν.
ἐπεὶ δ' ἱκανῶς εἶχε τῶν σκυλευμάτων,
ἔπαυσε λείας καὶ λαφυραγωγίας
ἔχθιστον ἔθνος Ἰταλῶν μιαιφόνων.
ἔδοξε δὲ σφῶν προκρίτοις στρατηγέταις
ἐᾶν ἀπαίρειν πάντας ἐκ Βυζαντίδος
οἷς ἡδὺ καὶ πρόθυμον ἦν ἐξιέναι.
ἐξῆεσαν οὖν κατὰ χιλιοστύας,
οἰκτροί, κατηφεῖς, ῥακίοις εἰλημένοι,
αἵμασι μᾶλλον ἢ δάκρυσιν, ὡς λόγος,
κλαίοντες οὗτοι τῆς ἐνεστώσης τύχης.
Οἱ δ' Ἰταλοί, φεῦ ὑπεροψίας τύσης,
ὡσεί γε τετράκλιμον ἴσχοντες κτίσιν
ἢ καὶ βασιλεῖς ἐγκαθεστῶτες τάχα
βασιλέων πάντων γε τῶν ἐπὶ χθόνα,
αὐτοῖς διεῖλον σφίσιν τὴν οἰκουμένην,
χώρας πόλεις ἕκαστος εἰς κληρουχίαν
καὶ δεσποτείαν λαμβάνοντες ἐν λόγοις.
Βενετίκων δόξαν δὲ δουκὶ Δανδούλῳ,
πηρῷ μὲν ἀνδρὶ τὰς κόρας τῶν ὀμμάτων,
νοὸς φρένας δὲ καὶ λίαν ἐρρωμένῳ,
ψήφῳ κρατάρχην ἐκλεγῆναι Λατίνων,
ἔκ τε Φραγγίσκων Βενετίκων Λαμπάρδων
ἐπιλεγέντες εὐγενεῖς ψηφηφόροι
εἰς ἄνακτα χρίουσι τῆς Κωνσταντίνου
Βαλδουῖνον κόμητα χώρας τῆς Φλάντρας,

7169 εἰλημμένοι V

alioque genere multiplicis tragoediae personabant. sed postquam spoliis explevit ingluviem, finem praedando tum denique imposuit crudelium detestanda gens Italorum. (7165) visum deinde est primariis ducibus annuere omnibus liberum ex urbe discessum, quibus solum vertere placeret. ergo millenae exibant catervae miserabiles, tristes et pannosae, (7170) sanguine potius, ut aiunt, quam lacrimis praesentem deplorantes fortunam suam.

Itali vero tumidi superbia, ceu si quadrifidum iam tenerent orbem regesque regum se effecissent, (7175) quotquot sub Phoebi radiis imperitant, inter se cunctum dividebant mundum, provincias, urbes, singuli sortientes, et potentatum verbis occupantes. Veneto duce suadente Dandulo, (7180) homine caecos oculos gerente, luce sed mentis heu nimis instructo, ut imperator fieret Latinus de Venetis Lombardis Francisve electus, datis suffragiis electores nobiles (7185) imperatorem faciunt Byzantii Balduinum comitem provinciae Flandriae, eximia adule-

νεανίαν κάλλιστον, ὡραῖον φύσει,
φιλευσεβῆ τε καὶ φιλόχριστον λίαν,
πραΰν, ἱλαρόν, σωφρονέστατον μάλα,
μερίδα καὶ μέλλοντι διδόντα βίῳ,
πολλῶν ταμεῖον ἀρετῶν θεοσδότων,
μάλιστ' ἐραστὴν σωφροσύνης καὶ δίκης,
ὡς εἶχε δὶς κήρυκα τῆς ἑβδομάδος
τορὸν βοῶντα μὴ καθεύδειν μηδένα
τῶν βασιλείων ἔνδοθεν καθ' ἑσπέραν
μηδὲν νομίμῳ γυναικὶ συνημμένον,
πόρνῃ δ' ἀθέσμως συμβιοῦν ῥηνμένον.
ἦν καὶ φύλαξ νόμων τε δίκης τ' ἐννόμου,
γυναικὶ προσχεῖν οὐ θελήσας οὐδ' ὅλως,
μηδ' ἂν μέχρι βλέμματος ἐμπαθεῖ θέᾳ,
ὅσον περ ἀπῆν τῆς συνεύνου τὸν χρόνον.
Αὐτοκράτωρ οὖν ἀναδειχθεὶς ὡς ἔφην,
ἔξεισιν εἶτα πρὸς μέρη τῆς ἑσπέρας,
οὐχ ὡς κρατήσων τῶνδε τῆς μάχης νόμῳ,
ἀλλ' ἵνα γνωσθῇ βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
καὶ προσκυνηθῇ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις.
ταῦτ' ἄρα τάγμα στρατιωτῶν Αὐσόνων
δεῖν οὐκ ἔκρινε προσλαβέσθαι συνόλως.
εἰς Ἀδριανοῦ τὴν πόλιν δ' ἀφιγμένος
καὶ τὴν Φιλίππου Θρᾳκικάς τ' ἄλλας πόλεις,
καὶ ταῖσδε φρουρὰν ἐμβαλὼν ἐκ Λατίνων,
Θεσσαλονίκην καταλαμβάνει πόλιν.

7193 ὃς?

scentem forma praeditum, pium et Christo maxime devotum, hilarem mitem apprimeque castum, (7190) eleemosynis etiam indulgentem, cumulatum multis a deo virtutibus, sed pudicitia in primis ac iustitia. hic per praeconem bis in hebdomada maxima voce iubebat edici (7195) ne quis in regia noctu cubitaret, qui non coniunctus coniugi legitimae sed meretrici contra fas conviveret. erat et legum iustitiaeque custos, feminam quamvis renuens attingere, (7200) nec teneriore contuens adspectu, quamdiu propria tori socia abesset.

Ergo imperator electus Balduinus abiit ex urbe ad partes occiduas, haud tanquam illas pugna subacturus, (7205) sed imperator volens salutari obsequioque a cunctis coli subditis. quare nec veteris imperii milites in suum voluit conscribi exercitum. Hadrianopolim Philippopolimque (7210) aliasque ad urbes Thraciae profectus, Latinoque his imposito praesidio, Thessalonicam postea concessit; cuius omnis obviam

καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἐκχυθέντες ἀσμένως
μετὰ κρότων αἴνων τε φωνῶν αἰσίων
αὐτούς τε παρέδωκαν ἅμα καὶ πόλιν
ἄνακτι τῷδε Βαλδουΐνῳ προφρόνως·
οἳ καὶ καθικέτευσαν αὐτὸν συντόνως
μήτ' αὐτὸν ἢ στράτευμα παρελθεῖν ἔσω
Θεσσαλονίκης ἀξιῶσαι τειχέων.
ὃ καὶ δεδρακὼς εὐμενῶς Βαλδουΐνος
αὖθις καθυπέστρεψεν εἰς Βυζαντίδα.
καὶ σπένδεταί γε Δανδούλου συμβουλίᾳ
τῷ πρὶν δι' ἔχθρας τυγχάνοντι καὶ μάχης,
ἔξω διατρίβοντι, τῷ μαρκεσίῳ.
ὅστις ἀποστὰς Διδυμοτείχου θέλων
ἐφίσταται τάχιστα Θεσσαλονίκῃ,
καὶ τὴν πόλιν εἴσεισι ταύτην ἀμάχως,
καὶ ζημιώσας τοὺς πολίτας ἀδίκως
εἰς χρήματά τε καὶ τιμαλφεῖς οἰκίας,
Μαρίαν ἀφεὶς τὴν σύνευνον αὐτόθι
τὴν κράτορος πρὶν γαμετὴν Ἰσακίου,
ἐκεῖθεν ἐξώρμησε τάγμασιν ἅμα,
καὶ τὰς πόλεις μέτεισι τὰς πρὸς ἑσπέραν.
Σέρρας παρεστήσατο σὺν τῇ Βερροίᾳ,
κρατεῖ Λαρίσσης Ἑλλάδος τε τῆς ὅλης,
αἱρεῖ τε τὴν Πέλοπος, ἄλλας αὖ πάλιν
συγκειμένας ἄγχιστα χώρας καὶ πόλεις·
καὶ πᾶν γε μικροῦ τὸ πρὸς ἑσπέραν κλίμα
δοῦλον παρεστήσατο Λατίνων κράτει.

populus hilariter cum plausibus processit et laudationibus, (7215) seque libenter Balduino regi cum civitate obtulerunt subditos. tamen enixis precibus rogarunt ut ipse pariter eiusque exercitus urbis introitu vellent abstinere; (7220) id quod clementer Balduinus annuit, moxque se redux contulit Byzantium. exin obtemperans Danduli consiliis reconciliatur marchioni irato, immo cum armis procul urbe stanti; (7225) qui statim lubens Didymoticho veniens Thessalonicam contulit se in urbem, eamque nullo resistente obtinuit; cuius iniuste multavit cives, pecunia et domibus exuens praecipuis. (7230) ibi relicta coniuge Maria, quae Caesaris Isacii iam uxor fuerat, inde discessit comitante exercitu, terras percurrens ad occidentem positas. Serris potitus est, nec non Berroea, (7235) Larissam occupavit totamque Helladem, item Peloponnesum et alias rursus hisce confines urbes et provincias; cunctamque paene regionem occiduam subditam fecit Latinorum imperio.

Καὶ Βαλδουῖνος ἐν πόλει διατρίβων
πέπομφεν Ἐρρῆν σύγγονον πρὸς τὴν ἕω
καὶ Πέτρον ἄνδρα γεννάδαν, ῥωμαλέον
ἡρωϊκόν τε τὴν φυὴν καὶ τὸ σθένος.
ἀφ' ὧν Ἐρρῆς μὲν προσλαβὼν συμμαχίαν
ἐξ Ἀρμενίων τῶν ἐνοίκων Τρωάδος
χώρας ἐκάκου κατέκειρε καὶ πόλεις
αἳ μηδὲν ὑπέκυπτον Ἰταλῶν κράτει,
διὰ δὲ τεμπῶν καὶ στενῶν τῶν τῆς Ἴδης
εἰς τὴν Ἡετίωνος πεφθάκει πόλιν.
ἐξ ἄστεως Πέτρος δὲ Πηγῶν ἀπάρας
ἦει πρὸς Λοπάδιον εὐχερῶς πόλιν·
ᾧ πρὶν ἀπήντων Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις
Θεοδώρου Λάσκαρι κρατάρχου τότε,
εἰς ἀντίμαχον εὖ μάχην ὡπλισμέναι,
ἐν Ποιμανηνῷ χωρίῳ κεκλημένῳ.
εἶτα Λατίνων οὐκ ἐνεγκοῦσαι σθένος
ᾠχοντο λοιπὸν εἰς φυγὴν τετραμμέναι,
κρατεῖ δὲ Πέτρος εὐχερῶς Λοπαδίου
ἐκ γειτόνων ἄλλων τε λοιπῶν ἀστέων.
ἐπεὶ δὲ προσβάλειε καὶ Προύσῃ πόλει,
ἀνηνηνύτοις ἔγνωκεν ἐγχειρεῖν μάτην·
μεθίσταται γοῦν καταλιπὼν τὴν πόλιν.
Προυσαίοις δ' ἴσα καὶ Φιλαδέλφου πόλις
δουλείας ἀνάλωτος Ἰταλῶν μένει·
Θεόδωρος γὰρ Μαγκαφᾶς τις τοὐπίκλην,

7241 τὴν om V

(7240) Interim Balduinus in urbe residens fratrem Erricum ad orientem misit cum Petro forti magnanimo viro, heroïcis praedito viribus et statura. Erricus quidem, roboratus auxilio (7245) Armeniorum Troadis incolarum, terras vastabat, urbes diripiebat, quaecunque Italis negabant obsequium. dein per Idae montis angustas fauces ad Eetionis urbem est progressus. (7250) de Pegis autem urbe procedens Petrus itinere pergebat Lopadium facili; ubi Romanas primum offendit vires sub Theodoro principe Lascareo ad decertandum instructas egregie (7255) haud procul oppido Poemaneno dicto. hae tamen robori Latinorum impares castris exutae in fugam se dederunt; Petrusque facile potitur Lopadio atque hinc proximis aliis civitatibus. (7260) sed cum Prusensem quoque tentasset urbem, irritam novit ludere se operam, urbi molestus nec fuit diutius. aemula Prusae Philadelphi civitas Latinae servituti haud subiacuit. (7265) nam Theodorus Mancaphas cogno-

ἄνωθεν αὐχῶν ἄστυ πατρίδα τόδε,
Ἔρρῃ συνάψας Λατίνων ἀρχῷ μάχην
ἔν τινι χώρῳ τῷ πρὸς Ἀτραμυττίῳ
αὐτὸς μόρον πέφευγε τὸν ἐκ τοῦ ξίφους,
οὐδὲν δὲ μεῖον καὶ πόλις ἀνωτέρα
τῆς Ἰταλῶν ἔμεινε κυριαρχίας.
Μαρκέσιος δὲ τὰς πρὸς ἑσπέραν πόλεις
αἱρῶν ὑπῆγε τῷ κράτει τῶν Λατίνων,
ἔχων ποδηγούς τινας ἐκ τῶν Αὐσόνων.
Λέων δὲ Σγουρὸς ὑποκαθίσας λόχον
ἐν Θερμοπύλαις Ἀττικῆς τῷ χωρίῳ
πρὸς δῆθεν ἀντίμαχον Ἰταλῶν μάχην,
μηδὲν δὲ γενναῖόν τι καὶ δράσας ὅλως,
ἐκεῖθεν εἰς Κόρινθον ᾤχετο τρέχων·
ὃς ἐξέφυ μὲν ἐκ κλίματος Ναυπλίου,
πατρῴας ἄρχων μετρίας κληρουχίας,
ἀνωμαλίᾳ καιρικῇ δὲ πραγμάτων
φορᾷ τε τύχης ἀστάτου καὶ συγχύσει
ἀεὶ προϊὼν ἐκ μικροῦ μέγας ἔφυ.
λῃΐζεται δὲ καὶ Κορινθίων πόλιν,
Ἄργος παρεστήσατο πᾶν λῃσταρχίᾳ.
τέλος προσαρράσσει δὲ καὶ ταῖς Ἀθήναις·
ἀλλ' ἀποκρουσθεὶς ἀρχιποιμένος λόγοις
τοῦ Χωνειάτου Μιχαὴλ τοῦ πανσόφου,
Θήβαις ἐφορμᾷ ταχέως ἑπταπύλοις.
καὶ τάσδε συσχὼν ῥᾷστα τῆς μάχης νόμῳ,
πρὸς Λαρίσσης ἔξεισι τὰς διεξόδους,

mine, generis stirpem ab hac urbe repetens, pugna conserta cum Latino Errico quodam in loco haud procul Atramyttio, ipse vix quidem necem evitavit, (7270) nihilo tamen minus ipsa civitas Latino immunis mansit dominatu.

Interim marchio Hesperias civitates bellans Latino subigebat nomini, quibusdam nostris utens viae ducibus. (7275) Sgurus autem Leo, cohorte imposita Atticae loco celebri Thermopylis, ut ibi proelians Italis resisteret, nulla re digna laudibus patrata raptim Corinthum fuga se proripuit. (7280) hic erat ortus Nauplii regione, modicum nactus a patre principatum: verum reciproco temporum euripo, praepostero varioque fortunae cursu, usque progrediens magnus e parvo evasit. (7285) is et Corinthum oppidum diripuit, et Argos simili posthinc latrocinio. postremo Athenas etiam invadebat, verum repulsus verbis archipraesulis, Michaëlis Choniatae sapientissimi, (7290) Thebas celeriter excurrit septem portis instructas, easque sibi facili bello vindicat. et

ἔνθα βασιλεῖ συνέμιξ' Ἀλεξίῳ,
ὃς ἀπαναστὰς ἐκ μερῶν προσαρκτίων
ἀλώμενός τε τῇδε κἀκεῖσ' ὡς πλάνης
καὶ Θετταλικοῖς τέμπεσι προσερρύη,
ἄγων μετ' αὐτοῦ παῖδα τὴν Εὐδοκίαν,
ἥνπερ κατηγγύησε τῷ Σγουρῷ τότε.
συνῆπτο δὲ πρὶν πρὸς γάμου κοινωνίαν
ἀρχηγετοῦντι τῶν Τριβαλῶν Στεφάνῳ,
ὃς ἐκβαλὼν ἔπεμψε τήνδ' εἰς πατρίδα·
ᾗ Δούκας συνῴκησε, Μούρτζουφλους θέσιν,
μετὰ στέρησιν καὶ κράτους καὶ πατρίδος·
ὄντινα συσχὼν Ἀλέξιος σὺν δόλῳ,
ἀναξ πλάνης ἄνακτα πλανήτην ἴσον,
ἔθηκε τυφλόν, ὀμμάτων λύχνους σβέσας.
εἶτ' εἰς Λατίνων ἐμπεσὼν δεινὰς χέρας,
δέσμιος ἀχθεὶς εἰς πόλιν τὴν τοῦ κράτους,
δίκας ὑπέσχε τοῦ δι' ἀγχόνης μόρου
ὅντιν' ἐπῆγεν Ἀγγέλων Ἀλεξίῳ·
εἰς κίονα γὰρ ἀναχθεὶς Ταύρου μέγαν
ἐκεῖθεν ἠκόντιστο, φεῦ δίκης, κάτω,
καὶ συντριβεὶς ὤλλυτο βιαίῳ μόρῳ.
Μαρκέσιος δὲ τὴν Βοιωτίαν φθάσας
ταύτην παρεστήσατο ταῖς στρατηγίαις.
κρατεῖ προϊὼν Ἀττικῆς σὺν Εὐβοίᾳ.
ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ συντεμὼν φράσω,
μήπω παριππεύσαντος ἀκριβῶς ἔτους,
ἑῷον ἑσπέριον Αὐσόνων κλίμα

dum Larissae faucibus exit, imperatori quondam Alexio occurrit, qui borealibus partibus digressus, (7295) exsulum more hac et illac errans, nunc ad Thessalica Tempe pervenerat, habens in comitatu Eudociam filiam, quam tunc desponsam collocavit Sguro. ipsa quidem olim matrimonio fuerat (7300) principi iuncta Triballorum Stephano, qui repudiatam remisit in patriam. eadem Murtzuflo Ducae deinde nupsit, postquam hic imperium patriamque amiserat. sed hunc deinde captum Alexius dolo, (7305) rex erro erronem regem sorte pari, lumine cassum oculorum reddidit. saevis postremo Latinorum manibus Ducas exceptus Byzantiumque ductus pertulit poenam, quod Alexio Angelo (7310) gulam funesto laqueo fregisset. nam de sublimi Tauri columna praecipitatus est, proh dei iudicium! et sic collisus violenter obiit.

Interim marchio venit in Boeotiam, (7315) eamque sibi bello fecit subditam; Atticam quoque obtinuit cum Euboea. atque ut paucis rem verbis expediam, integro nondum praeterlapso anno eoa simul dicio at-

ἅπαν ὑπείκει τῷ κράτει τῶν Λατίνων.
ἀναξ δὲ φυγὰς Ἀλέξιος σὺν χρόνῳ
εἰς ὄψιν ἐλθὼν Λατίνῳ μαρκεσίῳ
τὰ σύμβολ' ἀφῄρητο τοῦ κράτους ἄκων,
εἰς Ἅλμυρὸν δ' ἔσταλτο χῶρον ἑσπέρας,
ἐκεῖ διάγειν καὶ διανύειν βίον
σὺν Εὐφροσύνῃ συζύγῳ βασιλίδι,
σχόντες τύχῃ σύμφωνον ἀτεχνῶς τόπον.
ὅσοι δὲ συνείποντο τῷ στεφηφόρῳ
ἄνδρες μαχηταὶ καὶ γένους ἐριτίμου,
πόλεις Θρᾳκικὰς πατρίδας κεκτημένοι,
ἤροῦντο συνεῖναί γε τῷ μαρκεσίῳ
καὶ δυνατὴν σύναρσίν οἱ συνεισφέρειν,
καὶ λιπαροῦσιν ὑπὸ τῷδε τυγχάνειν·
ὁ δ' οὐ προσέσχε τῇ δεήσει σφῶν ὅλως,
μὴ χρείαν ἴσχειν Ῥωμαϊκῶν ταγμάτων
ἢ τῆς παρ' αὐτῶν φάμενος συμμαχίας.
ὡς δ' ἱκέται γένοιντο καὶ Βαλδουΐνου,
ὡς σφίσι τὸ πρόθυμον ἦκῃ πρὸς πέρας,
καί τι προβαῖνον οὐχ ἑώρων εἰκότων,
προσῆλθον ἀρχῷ Μυσίας Ἰωάννῃ,
Ἀσὰν συναίμῳ καὶ Πέτρου τῶν ἐξ Αἵμου,
ἀνδρὶ στρατηγῷ γεννάδᾳ τολμητίᾳ,
πάσας διαφθείροντι Ῥωμαίων πόλεις
χώρας τε λοιπὰς κειμένας πρὸς ἑσπέραν
Σκυθῶν ὁμαιχμίᾳ τε καὶ συμμαχίᾳ·
ὃς Λατινικὴν ὑφορώμενος βλάβην,

que occidua (7320) nostra in Latinum cessit dominatum. Alexius posthinc, exsul imperator, cum in Latinum marchionem incurrisset, exuitur invitus imperii insignibus; tum ad Hesperium salsi aëris locum (7325) mittitur, ut vitam sibi suam clauderet, non sine Euphrosyne coniuge regina, sedem fortunae congruam sortiti. Caesaris autem stipatores regii, strenui viri stirpis generosae, (7330) Thracias urbes patriam habentes, ut cum marchione facerent stipendia, validam ipsi offerebant operam, eiusque imperio postulabant obsequi. ille tamen preces prorsus respuit, (7335) nec sibi Romano opus esse milite dixit, nec illorum expetere auxilia. iidem Balduino fuerunt supplices, si forte fierent voti sui compotes. verum cum spe frustratos semet cernerent, (7340) ad Moesiae principem Ioannem veniunt, Petri Asanisque fratrem, in Haemo natum, audacem virum, bellatorem strenuum, et Romanorum urbium perniciem, quas cum Hesperiis vastabat regionibus, (7345) fretus Scytharum foedere et auxiliis. is ut Latinis detrimentum faceret, supplices illos ex-

πρόσφυγας ἄνδρας ἀσμένως δεδεγμένος
πρὸς τὰς ἑαυτῶν ἀποπέμπει πατρίδας,
τούτοις κελεύσας δρᾶν τι κακὸν Λατίνους
οὐκ εὖ πρὸς αὐτὸν διακειμένους τέως,
φόβους δ' ἐπισείοντας αὐτῷ καὶ μάχας,
ἐκπτωσιν ἀρχῆς καὶ σκύλευσιν πατρίδος,
εἰ προσφέροιτο μὴ σφίσιν ὡς δεσπόταις
καὶ πάνθ' ὑπείκοι τοῖς παρ' αὐτῶν ῥᾳδίως.
ὡς οὖν ἐπανῆκόν γε πρὸς τὰς πατρίδας
πόλεις δυτικὰς Αὔσονες τοῦτον τρόπον,
τὰς τῶν Θρᾳκῶν τε καὶ Μακεδόνων πόλεις
ἀφηνιάσαι δρῶσι Λατίνων κράτους,
Θεοῦ συνάρσει καὶ Μυσῶν συνεργίᾳ
πολλοὺς Ἰταλῶν παραπέμψαντες μόρῳ,
μάλιστ' ἐνοίκους τῶν Διδύμων τειχέων,
οὓς δ' αὖ φυγάδας εἰς πόλιν δεδρακότες.
καὶ τοῦτο τοὔργον Λατινικῆς κακίας
ἐλευθέραν ἔδρασε πᾶσαν τὴν ἕω,
πρὸς κατεπεῖγον Ἰταλῶν ὡρμημένων,
καὶ σφᾶς φρονεῖν μέτρια τίθησι τέως
τοὺς Ἑλλάδα νῆσόν τε Πέλοπος ξένην
ὅπλοις ἑλόντας καὶ κατωφρυωμένους.
Πλὴν Ἀδριανοῦ Διδυμότειχον πόλεις
κάλλιστα κρατύναντες Αὐσόνων στῖφος
κατεῖχον αὐτάς, συμμαχούντων καὶ Βλάχων.
Ἰωάννης δὲ συντεταχὼς δυνάμεις

cipit libenter inque suam singulos patriam remittit, mandans ut damnis Latinos afficerent, (7350) quos sibi infensos iamdiu sciebat, terroremque belli, direptionem patriae et principatus iacturam minantes, nisi serviret dominis Latinis iussaque prompto faceret obsequio. (7355) reversi in patriam milites, quos diximus, urbibus Hesperiis Thraciaeque simul itemque Macedoniae suaserunt ut a Latino imperio deficerent, deo favente, Moesis auxiliantibus. (7360) Italos multos demiserunt Orco Didymotichi incolas potissime; alios Byzantium coegerunt fugere. atque haec caedes Latino flagello eoas etiam terras liberavit, (7365) dum ad graviora damna accurrunt Itali. et simul illos modestiores reddidit, qui fastu elati Pelopis tenebant armis provinciam magnam atque Helladem.

Didymotichum simul et Hadrianopolim (7370) Romani egregio imposito praesidio auxiliantibus retinebant Blachis. Ioannes autem contrahebat copias atque accersebat Scythica subsidia, idque Latinis clam

καὶ συμμαχίδας ἐκ Σκυθῶν μυριάδας
σπουδὴν ἐτίθει Λατίνους λεληθέναι.
ἐπεὶ δ' ἐπανάστασιν Αὐσόνων μάθοι
ἄναξ Ἰταλῶν Βαλδουΐνος καὶ δρᾶμα,
στέλλει στρατιὰν πρὸς πόλεις ἀποστάσας,
ἣ συνέσχε Τζουρουλὸν σὺν Βιζύῃ
καὶ ταύτας ὑπέταξε Λατίνων κράτει.
ἀνδρῶν κενὴν δ' εὗρηκε τὴν Ἀρκαδίου
ῥυηφενῶν τε καὶ περιόπτων γένει·
ὅμως ἐνόντες ἐκχυθέντες τῆς πύλης
καὶ συμπλακέντες Ἰταλοῖς κατὰ μάχην,
τραπέντες ἀπώλοντο πάντες τῷ ξίφει,
φειδὼ Λατίνων οὐδενῶν εἰληφότων.
ἀλλ' οὐδ' ὁσίας τῶνδ' ἔτυχέ τις ὅλως.
ἡ δ' αὖ γε λοιπὴ στρατιὰ τῶν Λατίνων,
ἧς Βαλδουΐνος ἡγεμὼν ὑπῆν ἄναξ,
Ὀρεστιάδα καταλαβοῦσα πόλιν,
ἐκεῖθί που χάρακα βαλοῦσα μένει,
ταύτην ἑλεῖν σπεύδουσα παντὶ τῷ τρόπῳ.
πρεσβεύεται γοῦν ἡ κακουμένη πόλις
πρὸς Ἰωάννην τὸν κρατοῦντα Βουλγάρων,
τὴν δυνατὴν σύναρσιν ἐξαιτουμένη
ἐπικρεμαμένου τε κινδύνου λύσιν·
ὁ δ' ἀσμένως δέδεκτο πρεσβείας λόγους,
καὶ συμμαχικὸν Σκυθικὸν λαβὼν στῖφος,
ἐπεισπεπαικὼς Ἰταλῶν στρατῷ λάθρα,
τοῦτον τροποῦται καὶ νικᾷ κατὰ κράτος·

curabat fieri. (7375) sed conspirantium Romanorum motibus rex Italorum Balduinus cognitis, militem mittit ad rebelles urbes, a quo cum Bizya capitur Tzurulus Latinoque iugo utraque subiicitur. (7380) urbem Arcadii cuncti deseruerant cives pecunia vel stirpe conspicui: reliquus tamen portis egressus populus pugnam cum Italis maluit committere. verum fugati omnes caeduntur gladio, (7385) dum Latinorum furor parcit nemini, ac ne sepulchri quidem gratiam annuit. reliquus autem Latinus exercitus, quem Balduinus ipse ducebat Caesar, ad Orestiadem contulit se urbem, (7390) eamque structis obsidens aggeribus summo conatu nitebatur capere. tunc urbs periclitans legationem mittit ad Bulgarorum principem Ioannem, validum petens militum auxilium, (7395) qui se impendente discrimine eriperet. ille libenter legationem audiit, cumque auxiliarium agmine Scytharum exercitum Latinum repente aggressus in fugam versum penitus devicit, (7400) cepitque vivum Balduinum

ζωγρεῖ τε καὶ σφῶν κράτορα Βαλδουΐνον,
κομῶντα πολλαῖς ἀρετῶν νεανίαν,
μάλιστα πασῶν σωφροσύνῃ καὶ δίκῃ,
ὡς φθὰς προϊστόρησεν ἀνόπιν λόγος.
ὕπερ καθείρξας μακρὸν ἐν τῷ Τρινόβῳ
δράσας τε δεινὰ μυρία κακοτρόπως,
πέρας καθυπέβαλεν οἰκτρῷ θανάτῳ
κατ' ἠλιβάτων κατακρημνίσας τόπων.
Μεθ' ὃν κραταρχεῖ Λατίνων τῶν ἐν πόλει
κλῆσιν Ἔρρῆς, σύναιμος ὢν Βαλδουΐνου,
ἀνὴρ ἱλαρός, εὐμενὴς ὑπηκόοις,
πρὸς δὲ στρατηγὸς εὐσθενὴς τολμητίας,
ὀξύρροπός τε πρὸς μάχας ἀντιπάλων
καὶ στρατιώτας γεννάδας ῥωμαλέους,
Ἕλληνας ἄνδρας, συντεταγμένους ἄγων,
ἐπίλεκτον φάλαγγα καὶ νικηφόρον.
οὗτος μάχης αἴτιος ὄφθη πολλάκις
τῶν Αὐσόνων ἄνακτι τῷ Λασκαρίῳ,
καὶ σφῶν παρεστήσατο χώρας καὶ πόλεις
πλήθει στρατιᾶς καὶ ψυχῆς προθυμίᾳ,
Λεντιανά τε Ποιμανηνὸν τὰς πόλεις
καὶ τὰς Ὀχυρὰς καταπορθήσας μάχῃ·
καθ' ἣν τριὰς ὄλωλεν ἀνδρῶν τῷ ξίφει
πανευγενῶν τε καὶ περιόπτων βίῳ,
Δερμοκαΐτης ἡγεμὼν στρατευμάτων,
Παλαιολόγων Ἀνδρόνικος ἐκ γένους,
γαμβρὸς κρατοῦντος εἰς Εἰρήνην τυγχάνων

Caesarem permultis iuvenem ornatum virtutibus, sed castimonia in primis ac iustitia, ut mea superior rettulit historia. quem diu Ternobi carcere detentum (7405) exercitumque plurimis cruciatibus tandem miserando supplicio affecit praecipitatum rupibus altissimis.

Post hunc Latinis imperat Byzantii Balduini frater nomine Errícus, (7410) vir comi adspectu, subditis benivolus, et simul fortis dux et animosus atque ad ciendas pugnas paratissimus. hic habuit Graecos milites fortissimos, quos bene instructo agmine ducebat, (7415) triumphalem phalangem et selectam. idem saepe gravem belli lusit aleam cum Romanorum principe Lascareo, nostrasque urbes cepit et provincias animi fortitudine et copia militum. (7420) Lentiana urbem ac Poemanenum, Ochyras quoque armis superavit; quibus in certaminibus tres perierunt nobilitate et opibus insignes viri, Dermocaites, qui dux erat exercitus, (7425) et Andronicus gente Palaeologus, cui nuptui Caesar Irenem tra-

τὴν πρωτόπαιδα φιλτάτην θυγατέρων,
πρὸς τοῖσδε τοῦδε καὶ φίλων εἷς συγγόνων.
Ἐρρῆ κρατοῦντος τοῦδε τῆς Κωνσταντίνου
Πελάγιός τις ἀρχιθύτης Λατίνων,
Θερμουργὸς ἀνήρ, ὑπερόπτης τῶν νόμων,
πρὸς πάπα πεμφθεὶς εἰς πόλιν βασιλίδα
ὡς ποιμενάρχης καὶ λεγάτος τοῦ πάπα,
ἐνημμένος δίκαια τοῦ πεπομφότος,
πάντας θυηπόλους τε καὶ μονοτρόπους
οἰκήτορας ἔδρασε τῆς Κωνσταντίνου
πάνδεινα κακὰ καὶ καθείρξεις ἀτόπους
χάριν ἐθῶν τε δογμάτων ἀμφιβόλων·
ὃ δὴ λύπην ἤνεγκεν ἀστοῖς καὶ βάρος,
μάλιστα τοῖς προύχουσι καὶ τοῖς ἐν τέλει,
οἳ πρὸς τὸν Ἐρρῆν τὸν κρατοῦντ' ἀφιγμένοι
ᾐτοῦντο λύσιν δυσχερῶν τοῖς φυλέταις,
καὶ τάδ' ἐπιλέγοντες ἐν παρρησίᾳ,
ὡς πρὶν μὲν ἡμεῖς ἀλλοδαπῆς ἐκ φύτλης
φύντες, βασιλεῦ, καὶ νομῆς ἐλευθέρας,
ἄλλοις τ' ἐθίμοις παρ' ὑμᾶς κεχρημένοι,
σοῦ πλὴν ἑκόντες ὑπετάγημεν κράτει,
καὶ σωματικὴν ἐκτίνειν ὑπουργίαν,
οὐ πνευματικὴν ψυχικὴν κοινωνίαν
ἡμᾶς παρεσχήκαμεν αὐτούς σοι τάχα.
ἢ γοῦν τὰ δεινὰ λῦσον ἡμῖν εὐθέως,

7431 verba sunt schismatici hominis et a pontificiis partibus alieni. M.

diderat, maiorem natu filiam et carissimam; postremo unus de Caesaris fratribus.

Byzantii imperium retinente Errico (7430) Latinus quidam, Pelagius cardinalis, homo temerarius, contemptor legum, a papa missus in regiam metropolim tanquam legatus eius et summus praesul, digna mittente aggressus committere, (7435) monachos omnes atque sacerdotes, quotquot incolebant Cpolim, coepit vexare et carceribus claudere ob controversa dogmata ritusque. quam rem gravate aegreque ferebant cives, (7440) praesertim optimates ac senatores; qui Erricum adeuntes imperatorem, mala suorum deprecantes gentilium, hoc usi sunt sermone confidenter. "nos, imperator, ex aliena gente (7445) alioque grege et libero prognati, discrepantesque a vestris habentes ritus, sponte tamen tuo paremus imperio. sed enim ministerium praebere corporum, non spiritalium rerum communionem (7450) exhiberi tibi hercle parati sumus. vel ergo statim fac malorum finem, vel manumitte, ut liberi pos-

ἢ χειρὸς ἀπόλυσον ὡς ἐλευθέρους
παλινδρομῆσαι πρὸς νομὰς τῶν Αὐσόνων.
ταῦτα βασιλεὺς εὐμενῶς δεδεγμένος,
καὶ Πελαγίου μὴ θέλοντος λεγάτου,
τὴν συμφορὰν λέλυκε τοῖς καθειργμένοις,
δεσμώτας ἀφεὶς καὶ νεὼς βατοὺς ὅλοις.
Ταῦτα μὲν οὕτω συμβέβηκεν ἐν πόλει·
εἶμι δὲ λοιπὸν πρὸς κρατοῦντας Αὐσόνων,
καὶ τὰ κατὰ σφᾶς ἱστορήσω τῷ λόγῳ.
Ὡς οὖν ἑάλω τοῖς Ἰταλοῖς ἡ πόλις,
Θεόδωρος μὲν ὁ Λάσκαρις τοὐπίκλην,
ὃν γαμβρὸν ἐγνώρισε κρατοῦντος λόγος,
ἀπῆρε προφθὰς τῆσδε σὺν ὁμοζύγῳ,
καὶ καταλαβὼν τὴν Νικαέων πόλιν
ὁμευνέτιν φίλτατα τῇδ' ἐνεισάγει,
αὐτὸς δὲ Προῦσαν χωρία τε τὰ πέριξ
περιπολῶν ἄλλας τε κώμας καὶ πόλεις
τῷδ' εὐνοεῖν ἔπειθε τάσδε τοῖς λόγοις
καὶ τόνδ' ἔχειν ἄνακτα δεσπότην μόνον.
καὶ τῶν κατὰ νοῦν οὐδ' ὅλως ἁμαρτάνει·
πολλοῦ γὰρ οὔπω παραδραμόντος χρόνου
καθίσταται δὴ βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
πρὸς ποιμενάρχου Μιχαὴλ Βυζαντίδος
ἄρτι λαβόντος τὴν λεῶ προεδρίαν,
τῇ βασιλικῇ ταινιωθεὶς ταινίᾳ.
Λάσκαρις οὕτως βασιλεὺς δεδειγμένος,
σφόδρ' ἀρρενωπῶς πραγμάτων κραταρχίας

simus ad gentis nostrae pascua reverti." haec imperator audiit libenter, (7455) invitoque licet Pelagio legato vincula solvit, molestias expedivit, cunctis patere sacra templa voluit.

Haec in regali contigerunt urbe. nunc ad Romanos principes transgredior, (7460) horumque historico res dicam sermone.

Post regiam captam ab Italis metropolim Theodorus dictus cognomento Lascaris, quem Caesaris Alexii scimus generum, illinc secessit festinans cum coniuge; (7465) cumque in Nicaenam pervenisset urbem, ibi deposuit coniugem dilectam. ipse autem Prusam cum locis circumiectis, aliosque pagos peragrans et urbes, idoneis populos conciliabat sermonibus, (7470) ut se unum regem dominumque agnoscerent. neque non compos voti sui fuit: haud enim longo praeterlapso tempore rex creatur et imperator, eumque Michaël, Byzantinae urbis (7475) nuper sortitus patriarchae titulum, rite regali redimit corona.

Lascaris ergo creatus imperator imperii pondus admodum viriliter,

ἢ μᾶλλον εἰπεῖν βασιλικῶς ἡμμένος
ταύτην διεῖπεν, ἀντέχων πρὸς κινδύνους
μάχας τε δεινὰς τὰς πρὸς ἐχθροὺς Λατίνους,
ἄναξ ἀγαθὸς καὶ στρατηγὸς γεννάδας,
ὀξύρροπός τε πρὸς μάχας καὶ κινδύνους,
ὑπερμαχῶν κράτιστα τῆς κραταρχίας,
ἀπορραπίζων ὡς ἐνῆν ποίμνης λύκους,
φρικτὸς μὲν ἐχθροῖς, ἥμερος δ' ὑπηκόοις,
μικρὸς τὸ σῶμα, πλὴν μαχητὴς ἐν μάχαις,
ἀεὶ στρατεύων, κατ' ἐχθρῶν κινῶν δόρυ,
αὔξων πλατύνων τοὺς ὅρους τῶν Αὐσόνων
καὶ Ῥωμαΐδος ἀναλαμβάνων πόλεις,
ἐλευθερῶν τε τάσδε τῆς τυραννίδος
ὅπλοις στρατηγίαις τε καὶ μάχης νόμῳ,
φίλοικτος, εὐέντευκτος, εὔσπλαγχνος πάνυ,
μεταδοτικός, φιλοδωρίας χάρις,
καθειμένον γένειον εἰς μέγα φέρων,
φοξός, μελάγχρους μετρίως, οὐ πρὸς βάθος,
ἔρωτος ἥττων, ἀφροδισίων, χόλου,
μακροὺς ἀνατλὰς κινδύνους καὶ καμάτους
ἐν ταῖς κατ' ἐχθρῶν δυσμάχοις ἀγωνίαις
χάριν γε κοινῶν πραγμάτων ὑπηκόων·
ᾧ τῶνδ' ὀφείλει πᾶς τις ἐκτίνειν χάριν,
καὶ πάλιν οἷς εὖ ἀναθηλῆσαι κράτος
ἤδη μαρανθὲν Αὐσόνων ἀπειργάκει.

7484 ὡς κράτιστα V 7485 ὡς ἐνῆν] ἐνὸν V

immo potius regaliter sustinuit, (7480) semet periculis ingiter obiiciens, pugnasque graves cum Latinis conserens, rex simul bonus et fortis imperator, ad durum Martis opus paratissimus, et pro re publica strenue decertans, (7485) lupos ovili pro viribus submovens, hostibus formidandus, blandus subditis, corpore parvo sed ad proelia vivido, lanceam semper contra hostes quatiens, Romani fines proferens imperii, (7490) urbes Latina liberans tyrannide atque ad antiquum dominatum revocans armis et vario belli strategemate. idem erat clemens, misericors, comis liberalique manu ac munifica; (7495) demissam gerens ad pectora barbam, capite acuto, subnigro colore, ad Venerem proclivis atque ad iram. hic diu graves pertulit labores, duris cum hoste luctans certaminibus (7500) pro suis subditis atque pro re publica. huic certe omnes gratiam debemus, quod iam exstinctum Romanum imperium ipsius opera maxime revixerit.

Τούτῳ κραταρχήσαντι φροντὶς μυρία
ἐκ τῆς ἑῴας ἐξελάσαι Λατίνους
καὶ Ῥωμαϊκῷ τήνδ' ὑποκλῖναι κράτει,
ἐπεὶ Λατῖνοι κωλυσόντων τῇ σπάνει
οὐ χώρας ἐκράτησαν ἑσπέρας μόνον,
ἀλλά γε μικροῦ καὶ μερῶν πάσης ἕω·
καὶ γὰρ κατέσχον Βιθυνῶν ἅπαν θέμα,
Λεντιανά τε Ποιμαμηνὸν καὶ Βάριν
Λοπάδιόν τ' αὖ Ὀχυρὰς καὶ τὰ πέριξ.
προῆλθον ἄχρις Ἀτραμυττίου τόπων,
καὶ πάνθ' ἁπλῶς πάραλα χωρία πόλεις
αὐτοῖς καθυπέταξαν ἐσκυλευκότες.
οὐχ ἧττον ὑπέθραττον ἄνακτα πάλιν
αἱ κατὰ χώρους Αὐσόνων τυραννίδες·
αὐτίκα καὶ γὰρ τοῦ Σαμψὼν πολιχνίου
σὺν τοῖς προσοίκοις ἦρχε τοὐπίκλην Σάβας,
καὶ Μωροθεόδωρος Φιλαδελφείας,
Λαβὶδ Κομνηνὸς Παφλαγονίας ὅλης,
Ἀλεξίου σύναιμος ὢν τοῦ πρὸ χρόνων
κατατυραννήσαντος Τραπεζουντίων,
ὅστις ἐπωνόμαστο Κομνηνὸς μέγας·
κατηγέτην ἄμφω δὲ σειρὰν τοῦ γένους
ἐξ Ἀνδρονίκου τοῦ βεβασιλευκότος,
ἐκ τοῦδε παιδὸς Μανουὴλ πεφυκότες.
ἀλλ' εὐχερῶς μὲν Θεόδωρόν τε Σάβαν
ἄναξ μετῆλθε τῇ θεοῦ συμμαχίᾳ,

7528 τε om V

Hic enim Caesar summopere studuit (7505) ut ex oriente Latinos eiiceret ibique nostrum firmaret imperium. etenim Latini prohibente nemine non solum terras tenebant occiduas, sed orientis quoque partem maximam. (7510) namque Bithyniae insederant provinciam, Lentiana, Poemanenum atque Barim, Lopadium atque Ochyram cum viciniis. quin et devenerant Atramyttium usque, maritimosque locos urbesque omnes (7515) abactis praedis sibi subiugaverant. nec minus animum Caesaris mordebant circa suam natae dicionem tyrannides. ecce enim parva Sampsionis in urbe eiusque villis imperabat Sabas; (7520) et Philadelphiae Theodorus fatuus; David Comnenus cunctae Paphlagoniae, illius frater Alexii, cuius pridem Trapezuntiorum civitas iugum tulerat. hic porro dicebatur Comnenus magnus: (7525) ambo autem proprii generis originem ab Andronico Caesare trahebant, ex huius filio Manuele sati. et Theodorum quidem atque Sabam Lascaris deo favente statim

κἀντεῦθεν ὤπτο Κελβιανοῦ δεσπότης,
Φιλαδελφείας Μαιάνδρου Νεοκάστρων.
καὶ Παφλαγονίας δὲ κρατεῖ τῷ χρόνῳ,
καταπαλαίσας Κομνηνὸν Δαβὶδ μάχῃ·
ὅθεν παρεστήσατο σὺν Ἡρακλείᾳ
Ἀμάστριδα Κύτωρον Κρῶμναν τὰς πόλεις
πρὸς τοῖς πέριξ ἅπασι καὶ πολιχνίοις,
καὶ κατεκυρίευσε καὶ Παφλαγόνων.
Πέρσας δ' Ἰταλοὺς ταῖς καθ' ἡμέραν μάχαις
οὐκ εὐχερῶς μέν, ἐτροποῦτο δ' οὖν ὅμως
σθένει θείῳ συμμαχούμενος τάχα.
Παρέσχε δ' αὐτῷ πράγματα δυσθυμίας
ὁ φυγὰς Ἀλέξιος Αὐσόνων ἄναξ,
ὢν πενθερὸς τούτου γε τοῦ βασιλέως·
οὗτος γὰρ οὗτος ἐκπεσὼν κραταρχίας,
καθάπερ ἱστόρησε φθάσας μοι λόγος,
ἁλώμενος πέφθακε Θεσσαλονίκην,
καὶ πρὸς Μαρίαν Ἀλαμανῶν ἐκ γένους,
ἣ πρὶν συνῴκει συγγόνῳ Ἰσακίῳ,
μαρκεσίῳ δὲ τηνικαῦθ' ὡμεννέτει,
ἄριστα δεχθεὶς καὶ φιλοφρόνως πάνυ,
ἐκεῖσε διέτριβε σὺν τῇ συζύγῳ.
ὡς δ' αὖ ἀνασείων τὴν πόλιν ἐφωράθη,
ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀπηλάθη,
καὶ πρὸς τυραννεύοντα τῶν Κορινθίων
Σγουρὸν βαδίσας πρὸς γάμου κοινωνίαν

7552 vel αὖ vel τὴν tollendum

vicit. (7530) atque hinc Celbiani se fecit dominum, Philadelphiae Maeandricae Neocastrorum. sed Paphlagoniam aegrius obtinuit, Comneno debellato armis Davide; unde acquisivit cum Heraclea (7535) Amastridem Cytorum Cromnamque urbes cum circumiectis agris atque oppidulis, et Paphlagonum dominus evasit. Turcas vero Italosque perpetuis proeliis aegre mehercle, sed tamen devicit, (7540) vires fortasse ministrante deo.

Sed conturbavit animum Lascareos exsul Alexius olim imperator, socer ipsius sceptrum nunc tenentis. etenim ille post amissum regnum, (7545) ut mea superior rettulit historia, Thessalonicam errabundus venit; atque a Maria genere Alamanna, quae coniux fuerat fratris Isaacii, nunc in Marchionis nuptias concesserat, (7550) exceptus peramanter et honorifice diversabatur ibi cum sua uxore. verum cum civium animos tentaret, mox cum uxore et liberis est deiectus. is ad Corinthi protinus tyrannum (7555) Sgurum profectus, foedere coniugii huic copulatam

τούτῳ κατηγγύησε τὴν θυγατέρα.
κἀκεῖθεν ἀπέπλευσε πρὸς Αἰτωλίαν
πρὸς τὸν κρατοῦντα Μιχαὴλ ταύτης τότε,
πρὸς δ' αὖ παλαιᾶς Ἠπείρου κεκλημένης,
πρωτεξάδελφον συγγενῆ πέλοντά οἱ.
ἁλίσκεται δὲ πειραταῖς Λογγιβάρδοις,
ἀπεμπολεῖται πρὸς Μιχαὴλ χρυσίου.
ἐφ' ἱκανὸν γοῦν ἐνδιατετριφότος
τοῖς τοῦ Μιχαὴλ χωρίοις Ἀλέξιον,
θνήσκει βασιλὶς Εὐφροσύνη πρὸς νόσου,
καὶ θάπτεται δὴ τῷ πολιχνίῳ Ἄρτης·
αὐτὸς δ' ἀπέπλει πρὸς πόλιν τὴν Ἀττάλου,
ἔνθα πεφθακὼς τῷ κρατοῦντι Περσίδος
Ἰαθατίνῃ προσδέδεκτο γνησίως,
ὃν αὐτὸς ἐκφεύγοντα τἀδελφοῦ χέρας
καὶ πρὸς πόλιν ἥκοντα πρὶν δεδεγμένος
θετὸν κατωνόμασε παῖδα βαπτίσας,
καί οἱ συνεξῄει γε τῆς Κωνσταντίνου.
ἔπειτ' ἐκεῖθεν ἀποδρὰς οὐκ οἶδ' ὅπως,
παλινδρομήσας εὐχερῶς πρὸς πατρίδα
Ἰκονίου δέδεικτο σουλτὰν Περσάναξ,
καὶ τηνικαῦτα δυστυχοῦντ' Ἀλεξίῳ
ὤφθη παρηγόρημα καὶ σωτηρία.
οὗτός γε τοίνυν ἱκέτῃ τίνων χάριν
πρεσβεύεται δὴ πρὸς νέον στεφηφόρον,
καὶ παραχωρῆσαί γε τῆς κραταρχίας
τῷ πρὶν κρατοῦντι πενθερῷ παρηγγύα·

tradidit filiam suam. mox illinc navi recessit in Aetoliam ad Michaëlem huic dominantem et simul Epiro, quam veterem vocant (7560) (erat enim Alexii ex fratre nepos): sed interceptum piratae Longobardi ad Michaëlem, auro repenso, mittunt. dum ergo longo diversatur tempore in Michaëlis dicione Alexius, (7565) moritur ex morbo Euphrosyne regina atque in oppidulo sepelitur Arta. ipse navigavit ad urbem Attali, ubi est susceptus animo lubente a Turcarum sultano Iathatine, (7570) quem ipse olim profugum a fratre Cpoli hospitem exceperat et in baptismo filium adoptaverat, quicum Byzantium quoque deseruerat. sed postea Iathatines nescio quomodo (7575) feliciter reversus in patriam suam Turcarum rex et Sultanus Iconii evasit. hic ergo tunc aerumnoso Alexio ara salutis fuit et solamen. etenim reddens supplicanti gratiam, (7580) misso ad novellum Caesarem legato hortatus est ut imperio decederet socero suo, domino priori. deinde sumptis contra no-

εἶτ' ἐκστρατεύσας καὶ κατὰ Ῥωμαΐδος
μετὰ στρατιᾶς δυσαριθμήτου μάλα,
ἄγων μετ' αὐτοῦ καὶ κρατοῦντα φυγάδα,
τὴν Ἀντιόχου καταλαμβάνει πόλιν
τὴν πρὸς Μαιάνδρῳ τῷ ποταμῷ κειμένην.
ἀλλ' οὐδ' ὁ κρατῶν τῶν καθ' αὑτὸν ἠμέλει,
ἀλλὰ προσοῦσαν στρατιὰν συναλίσας,
ἐλπίδας ἐξάψας τε Χριστοῦ δεσπότου,
ἐπὶ σουλτάνον ἴεται θαρραλέως.
συρρήξεως γοῦν συμβολῆς τε συμβάσης
τὸ πλεῖστον ἠφάνιστο τῶν στρατευμάτων
ἄνακτος, ὃν μάλιστα Λατίνων γένους,
ἔργ' ἀρεϊκὰ καρτερὰ δεδειγμένον·
Ῥωμαϊκὴ δ' ἔφευγεν ἀκόσμως φάλαγξ,
ταύτης μενόντων μετρίων κατὰ μάχην
ἀγωνίας τέρμα τε πᾶν σκοπουμένων.
οὕτω δὲ νίκης μειδιώσης βαρβάροις,
ἄνω θέων κάτω τε σουλτὰν ἱππότης
ἀναδιφῶν ἦν τὸν κρατάρχην Αὐσόνων·
καὶ τόνδε καθ' ὅμιλον εὑρὼν ἱππότην,
ῥώμῃ πεποιθὼς καὶ σθένει βραχιόνων,
πλήττει κορύνῃ κατὰ κάρας αὐτίκα,
καὶ κατὰ γῆν βέβληκε ῥίψας ἐκ δίφρου,
πλησθέντα τύψει συστροφῆς τε καὶ σκότους.
ἐν χρῷ δὲ κινδύνου γε τῇδε τυγχάνων,
αἴφνης ἑαυτὸν ἀναλαβὼν ὁ κράτωρ
πλησθείς τε θείας ἐξ ἐπιπνοίας σθένους,

7595 δεδειγμένων V

stros armis egressus est cum innumero exercitu, (7585) exsulem habens in comitatu Alexium; Antiochiamque occupavit, urbem illam ad Maeandrum sitam. at neque Lascaris rebus suis deerat; qui congregatis quotquot habuit viribus, (7590) spemque suam collocans in Christo domino, contra Sultanum exiit audacter. sed mox conserto proelio gravissimo, maxima pars exercitus Caesarei caesa est, Latinis constans stipendiariis, (7595) postquam ediderat strenua facinora: gentilis autem nostra confuse phalanx acie profugit, paucis exceptis qui pugnae reliquum exspectarunt exitum. dum sic victoria barbaris arridet, (7600) hac illac eques Sultanus oberrans Romanum vestigabat imperatorem. quem ubi vidit equitem in turba, robore proprii brachii confisus, clava percussit Caesarem in capite, (7605) eumque ephippio proruit in terram, ictu patientem vertiginem et tenebras. in tanto versans Lascaris discrimine illico tamen spiritum recepit, divinitusque robore repletus, (7610) pedibus in-

σταθεὶς ἐπὶ πόδας τε γενναίως μάλα,
σπάθην τ' ἐρύσας κουλεοῦ, τέμνει πόδας
θηλείας ἵππου Περσάνακτος εὐψύχως,
καὶ τόνδε χαμαὶ κατέβαλεν ὑψόθεν.
εἶτ' ἐξαπίνης, μηδενὸς πῶς εἰδότος,
σουλτὰν κάραν τέτμητο τὴν μιαιφόνον,
καὶ λοιπὸν ἠνέγκατο τὴν νίκην κράτωρ.
τοντὶ τροπαιούχημα τὸν βασιλέα
ποιεῖ μὲν ἐχθροῖς βαρβάροις φρικαλέον,
ἡδὺν ὑπηκόοις δὲ καὶ πεφιλμένον·
πρὸς τοῖσδ' ἱκανῆς ἐμπιμπλᾷ θυμηδίας
καὶ λήματος θάρσους τε τούτους εἰκότως.
ἐντεῦθεν ἐσπείσατο Ῥωμαίων κράτει
ἡ πρὶν ἀλαζὼν Περσικὴ χώρα πρόφρων,
καὶ λοιπὸν ἐσχόλαζε Ῥωμαίων κράτωρ
ταῖς πρὸς Λατίνων συμπλοκαῖς τε καὶ μάχαις.
καὶ πενθερὸν δὲ προσλαβὼν ἐκ τῆς μάχης,
τιμήσας εἰκότα τε καὶ παρ' ἐλπίδα,
ἀπαγαγὼν δὲ πρὸς πόλιν Νικαέων
καὶ παράσημα τοῦ κράτους ἀπεκδύσας,
μονῇ διάγειν Ὑακίνθου προσνέμει,
ἔνθα θανὼν ἔτυχε ταφῆς ἐντίμου.

Ταῦτα μὲν οὕτω συνέβη Λασκαρίῳ·
νῦν βούλεται λόγος δεδηλῶσθαι πάλιν
περὶ Μιχαὴλ ἀγγελωνυμουμένου
τοῦ πρὶν κυριεύσαντος, ὡς ἔφη λόγος,
παλαιᾶς Ἠπείρου τε σὺν Αἰτωλίᾳ.

sistens vigore magnanimo, evaginato ense succidit pedes fortiter equae Sultanum gestantis, atque hunc humi praecipitem sternit. mox improviso, incertoque auctore, (7615) crudele caput Sultano praeciditur; statimque ad nostros transiit victoria. atque hic successus triumphalis Caesarem barbaris fecit hostibus terribilem et subditis iucundum ac gratissimum; (7620) insuper populi recreavit animos idoneaque fiducia replevit. exinde pacem cum Romano imperio superba gens Turcarum libens fecit. quare imperator postea Latinis (7625) gerendis bellis expeditior fuit. nunc media ex pugna socero recepto exhibuit iustum praeter spem honorem; atque eum Nicaenam transferens in urbem, imperii tantum detractis insignibus, (7630) dat Hyacinthi pro sede coenobium, in quo defunctus sepelitur magnifice.

Atque ita se res Lascareos habebant. nunc nostra historia iterum convertitur ad Michaëlem cognomento Angelum, (7635) qui retinebat, ut supra diximus, subditam Epirum veterem cum Aetolia.

Τούτῳ τριὰς ὑπῆρχε συγγόνων φίλη,
Μανουὴλ Θεόδωρος καὶ Κωνσταντῖνος,
ἀφ' ὧν ὁ Θεόδωρος ἐν Νικαέων
παρὰ βασιλεῖ διέτριβεν Αὐσόνων·
ἐπεὶ δὲ παιδὸς γνησίου διαδόχου
ἀρχῆς Μιχαὴλ ἰδίας οὐκ εὐπόρει
(ὁ γὰρ παρ' αὐτῷ Μιχαὴλ κεκλημένος
νόθος τις ὑπῆν ἐκ παρανόμων γάμων),
δεῖται κρατοῦντος τοῦ Θεοδώρου πέρι,
ἵνα παρ' αὐτὸν ἀφεθεὶς καταλάβῃ.
πεισθεὶς ἄναξ πέπομφε τοῦτον εὐθέως,
πίστεις ἐνόρκους βασιλεῖ δεδωκότα
ἢ μὴν φυλάξειν εὐνοϊκὴν οἱ σχέσιν
καὶ πίστιν ἀνόθευτον εἰς τέλος βίου,
αὐτῷ τε δήπου καὶ διαδόχοις κράτους.
οὕτως ἐπιστὰς Θεόδωρος ἑσπέρᾳ
συνῆν ἀδελφῷ Μιχαήλ, ὡς ἂν ἔφην,
Αἰτωλίας ἄρχοντι καὶ τῆς Ἠπείρου.
ἐπεὶ δ' ἀπηνῶς Μιχαὴλ σφάγεις ξίφει
πρὸς ἀνδρὸς οὕτω Ῥωμαίου κεκλημένου,
νυκτὸς καθεύδων ἐν Βελλεγράδων ὄροις,
ἐξαπίνης λέλοιπε τόνδε τὸν βίον,
ἀρχὴν ἀδελφοῦ Θεόδωρος λαμβάνει,
ἀνὴρ στρατηγός, εὐσθενὴς καὶ γεννάδας,
γίγας βριαρόχειρ τις, ὀξὺς ἐν μάχαις·
ὃς παραλαβὼν συγγόνου κληρουχίαν
ἀρχήν τε μικρὰν εὐρύστον καθάπαξ,

Huic tres erant Michaëli fratres, Manuel Theodorus et Constantinus, ex quibus Theodorus Nicaena in urbe (7640) apud Romanum versabatur Caesarem. iam quia filio legitimo herede principatus sui Michaël carebat (nam quem habebat dictum Michaëlem, spurium de vetita susceperat copula), (7645) oravit Caesarem ut ex aula sibi Theodorum illum liberum remitteret. annuens Caesar statim misit hominem, fide iurata sibi promittentem conservaturum se animum benivolum (7650) atque sinceram, quoad viveret, fidem ipsi et imperii successoribus. sic Theodorus ad occidentem veniens cum Michaële versabatur fratre, Aetoliae, ut dixi, principe et Epiri. (7655) sed postquam Michaël crudeliter caesus a viro cui Romano nomen erat, noctu sopitus apud Bellegradum, vitam repente cum nece commutavit, fratris principatum Theodorus excipit, (7660) dux bellicosus, strenuus pugnator, alter Briareus gigas in proeliis; qui mox fraternum patrimonium augens e parvo

ηὔξησεν ἐπλάτυνε ταύτης τοὺς ὅρους,
ἐκ Βουλγάρων γῆς, Ἰταλικῶν ἀστέων
Ἰλλυριῶν τε καὶ Τριβαλῶν χωρίων
ταύτην ἐπαύξων εὐρύνων μεγαλύνων.
ἔθηκε καὶ γὰρ ὑφ' ἑαυτόν, ὡς ἔπος,
Ἀχρίδα καὶ Πρίλαπον, Πελαγονίαν
σὺν τοῖς πέριξ ἅπασι χωρίοις τόποις·
κρατεῖ Θεσσαλίας τε σὺν Ἀχαΐᾳ,
Μακεδονίας καὶ μέρους τινὸς Θρᾴκης·
αἱρεῖ Δαλματίαν τε σὺν Ἐπιδάμνῳ,
Ἰλλυρίδα γῆν, Ἀλβανοὺς ὀριτρόφους.
εὐρὺ δέ οἱ τίθησι μᾶλλον τὸ κλέος
ἢ κατὰ Πέτρου Λατίνου λαμπρὰ νίκη.
γαμβρὸς γὰρ οὗτος εἰς ἀδελφὴν τυγχάνων
Ἐρρῆ Βαλδουΐνου τε τῶν βασιλέων,
πρὸς πάπα χρισθεὶς εἰς κρατάρχην Λατίνων
Ἐρρῆ θανόντος εἰς Βύζαντος ἐστάλη,
εἰς Ἐπιδαμνίων δὲ κατάρας πόλιν
δι' Ἀλβανῶν ἔσπευδε τὴν Κωνσταντίνου
μετὰ στρατιᾶς καταλαβεῖν εὐόπλου·
ἀλλὰ προφθάσας Θεόδωρος γεννάδας
τοῦτον τροποῦται καὶ νικᾷ κατὰ κράτος,
αὐτόν τε καὶ στράτευμα δοὺς ἄρδην ξίφει.
πρὸς τοῖσδε Δυρράχιον αἱρεῖ τὴν πόλιν,
καὶ στρατιὰν μὲν ἐμπιμπλᾷ λείας σκύλων,
αὐτὸς δὲ βασίλειον εἴληφε στέφος,
Πέτρου πεσόντος κατὰ μάχην, ὡς ἔφην.

magnum spatiosumque reddidit, proferens huius dilatansque fines, (7665) Bulgarorumque et Italorum urbibus, Illyricis oppidis et Triballicis efficiens opulentum et amplificans. ut enim paucis dicam, sibi subdidit Achridem, Prilapum, Pelagoniam (7670) cum suis agris et oppidis finitimis. Thessaliam occupavit cum Achaia, et Macedoniam cum Thraciae particula; Dalmatiam acquisivit cum Epidauro, Illyrii tractum, monticolas Albanos. (7675) sed nihil huic tantam gloriam peperit quantam Petri Latini clades splendida. hic quia sororem in coniugio habebat Errici et Balduini imperatorum, a papa coronatus Latinus Caesar, (7680) defuncto Errico, missus est Byzantium. atque Dyrrachium delatus ad urbem mox per Albanos itinere pedestri ibat Byzantium cum instructo exercitu. sed antevertens Theodorus strenuus (7685) Petrum insigni perculit victoria, ipsum cum toto exercitu delevit. urbem quin etiam tenuit Dyrrachium, suumque praeda ditavit exercitum. ipse regalem induit coronam, (7690) in acie Petro, ut diximus, occiso. nam

οὗτος πλατύνας εὐτυχῶς ἀρχῆς ὅρους,
ταῖς ἀλλεπαλλήλοις τε κεφωθεὶς νίκαις,
ἐν οἷς ὑπῆρχε προσμένειν οὐκ ἠγάπα,
ἀλλὰ φρονεῖ μέγα τι καὶ παρ' ἀξίαν.
φημίζεται γοῦν βασιλεὺς αὐτοκράτωρ
τῶν ὧν κατῆρχεν ἀστέων καὶ χωρίων,
στεφθεὶς κεφαλὴν βασιλικῇ ταινίᾳ
παρ' ἀρχιθύτου Βουλγάρων Δημητρίου.
θεὸς δ' ἐπευδόκησε τούτοις οὐδ' ὅλως·
μισεῖ γὰρ ὄντως ὑπερηφάνους φύσεις.
ὅθεν δίκην δέδωκεν ὕστερον θράσους,
σβέσιν ὑποστὰς τοῦ φάους τῶν ὀμμάτων.
Κατὰ μάχην οὕτω δὲ κτανθέντος Πέτρου,
παισί τ' ἐπὶ τέτρασι λιπόντος βίον,
Ῥομπέρτῳ Φιλίππῳ τε καὶ Βαλδουΐνῳ,
πρὸς τῇδε μιᾷ θυγατρὶ τῇ Μαρίᾳ,
τούτων κραταρχεῖ Ῥομπέρτος Βυζαντίδος
πράγμασι κοινοῖς μαλακῶς κεχρημένος,
μετ' Ἔρρῆν κατάρξαντα τὸν τεθνηκότα,
ἀνδρεῖον ἄνδρα καὶ πάνυ ῥωμαλέον.
εἶτα μετ' αὐτὸν σύγγονος Βαλδουΐνος,
μέτριος ἀνήρ, σωφρονικός, χαρίεις,
ἐφ' οὗ κρατοῦντος ἡ Κωνσταντίνου πόλις
ἐπανεσώθη Ῥωμαίων κραταρχίᾳ.
ἡ δ' αὖ Μαρία πρὸς γάμου κοινωνίαν
τῷ Λασκαρίῳ βασιλεῖ συνεζύγη,

7706 τοῖσδε?

aucta sua feliciter dicione et cumulatis elatus victoriis non fuit contentus acquisitis opibus, sed ad maiora praeter fas anhelans (7695) imperatorem Caesarem se dixit eius quae ipsi suberat dicionis; atque regali coronatur stemmate a Bulgarorum Demetrio archipraesule. sed deus rem gestam minime probavit, (7700) qui mentes odit hominum superbas. quamobrem Michaël seram luit poenam, utroque lumine orbatus oculorum.

Petrus in pugna spoliatus vita quattuor reliquit liberos superstites, (7705) Robertum et Philippum ac Balduinum, praeterea filiam Mariam. ex his Robertus imperavit Byzantii, sed administrans ignave rem publicam, post vita functum Caesarem Erricum, (7710) strenuum virum et plane fortissimum. post illum frater regnavit Balduinus, modestus vir et temperans ac gratiosus; quo dominante Constantini civitas ad Romanorum rediit imperium. (7715) Petri Maria filia nuptiali vinculo impe-

πρώτης γυναικὸς ἐκλελοιπυίας βίον,
τῆς δ' ἐκ Κιλίκων δευτέρας εἰς πατρίδα
διά τι μῖσος ἀποπεμφθείσης πάλιν.
οὗτος γυναικάδελφον αὐτοῦ Ῥομπέρτον
εἰς Εὐδοκίαν τὴν τρίτην θυγατέρων
σπεύδων ἀγαγεῖν γαμβρὸν ἀθέσμῳ τρόπῳ,
ἔριν ἐνῆκε ποιμενάρχῃ τῷ τότε,
τῷ φιλοσόφῳ Μανουὴλ κεκλημένῳ,
μὴ συγκατανεύοντι τῷδε τῷ γάμῳ.
Θεὸς δὲ λύει τὴν ἀθεσμογαμίαν,
πρὶν ἢ γενέσθαι τήνδε, τοῦ βασιλέως
βίον τὸν ἀνθρώπινον ἐκλελοιπότος.
Ἔτι κραταρχοῦντί γε τῷ Λασκαρίῳ
πράγματα πολλὰ καὶ μακρὰς ἀγωνίας
Ἔρρῆς παρεῖχεν ὁ κρατῶν Βυζαντίδος,
τιθεὶς ὑφ' αὑτὸν Ῥωμαϊκὰ χωρία
λεηλατῶν τε καὶ κατατρέχων πόλεις·
δραστήριος γὰρ καὶ σθεναρὸς ὢν χέρας
καὶ πρὸς μάχας ἕτοιμος, ἀντικρυς Ἄρης,
τὰ Ῥωμαϊκὰ δ' ἠσθενηκότα βλέπων,
καὶ μᾶλλον ἀφ' οὗ σουλτάνου κατισχύσας
Λάσκαρις ἄναξ ἀπέβαλεν ἱππότας
ἄνδρας Ἰταλοὺς ἀρεϊκοὺς γεννάδας,
συχνῶς ἐπεστράτευε Ῥωμαίων ὅροις,
τῶν κωλυσόντων οὐδενῶν ὁρωμένων,
παρὰ τοσοῦτον τοῦ θράσους ἀφιγμένος
ὡς καταδραμεῖν καὶ μέχρις Ἰωνίας

ratori Lascari coniungitur, qui uxorem primam fleverat exstinctam, secundam autem Cilice gente natam nescio quo odio in patriam remiserat. (7720) idem Robertum coniugis germanum optabat generum, contra fas ecclesiae iugando tertiam filiam Eudociam. cum Manuele patriarcha iurgium hinc ortum est, philosopho appellato; (7725) huiusmodi vetante ne fierent nuptiae. sed deus abrupit illicitum coniugium: priusquam enim fieret, ipse Caesar humanae vitae terminum imposuit.

Ceterum adhuc imperante Lascare (7730) molestias multas et proelia diutina Byzantii dominus Erricus exhibuit, cum sibi Romana oppida subiiceret, susque deque urbes diriperet ageret. vir enim erat efficax, forti manu, (7735) alacer ad pugnas semper, et Marti par; qui cum Romanos laborantes cerneret, praesertim quia, dum Sultanum debellat Lascaris Caesar, equites amiserat Italos viros strenuos mavortios, (7740) perpetuo nostros lacessebat bello. quin cum in finibus obviarent nulli, tanta est elatus confidentia Erricus, ut usque in Ioniam fa-

λεηλατοῦντα τὰ μεταξὺ χωρία,
δηοῦντ' ἀφανίζοντα τῆς μάχης νόμῳ,
σκηνάς τε πῆξαι κατὰ χῶρον Νυμφαίου,
εἶθ' ὑπονοστήσαντα τὴν πόλιν φθάσαι.
ταῦτ' ἄρα Λασκάριος Ἐρρῇ συνέβη·
εἰς σπονδὰς ἀμφοῖν συμβάσεις τ' ἀφιγμένων
αἱ συμβιβάσεις τάδε καὶ συμφωνίαι,
ὡς ἂν Ὀχυρὰν τὴν πόλιν καὶ τὰ πέριξ,
τὰ κατ' ὄρος τ' αὖ τοῦ Κυμινᾶ χωρία,
τυγχάνον ἀγχοῦ φρουρίου λελεγμένου,
φῦλον κατάσχῃ καὶ νέμηται Λατίνων·
Κάλαμος ἡ κώμη δέ, παρ' οὗ τὸ κλίμα
τῶν Νεοκάστρων τὴν καταρχὴν λαμβάνει,
ἔρημος ἀοίκητος ᾖ τε καὶ μένῃ.
τὰ ὁ' ἀπὸ τοῦδε καθ' ἕω νενευκότα
(Νεόκαστρα ταῦτ' ἔστι, Πέργαμος πόλις
Κελβιανόν τε καὶ Χλιαρὰ καὶ Σμύρνα)
σὺν τοῖς κατ' εὐθὺ κειμένοις καὶ πλαγίως
ἅπαντ' ἀνεῖται βασιλεῖ Λασκαρίῳ.
Πρόθυμον ὁρμᾷ καὶ τὰ παρὰ Βουλγάρων
ἐπεισπεσόντα Ῥωμαΐδι τῷ τότε
τῆς ἱστορίας παραδοῦναι τῷ λόγῳ.
Καὶ πρὶν μέν, εὖ ἔχοντος Αὐσόνων κράτους,
πολλῶν κακῶν αἴτιον ἔθνος Βουλγάρων
ὑπῆρξε Ῥωμαίοις τε καὶ κραταρχίᾳ.
Ἰσάκιον γὰρ ἀγγελώνυμον πάλαι

ceret excursus, vastatis late terris interpositis, (7745) nil bello intactum linquens, donec tandem ante Nymphaei regiam tentorium figeret. sed mox Byzantium reducem tulit pedem. ideo Lascaris cum Errico convenit. deinde pacis foedere coaluerunt, (7750) cuius huiusmodi conditiones erant, ut urbs Ochyra cum agro suo et pagi circumiecti Cymino, qui mons ab urbe Ochyra prope abest, Latinis dominis incolisque cederent; (7755) Calamus autem pagus, unde incipit Neocastrorum quae dicitur provincia, neutrius partis esset ac deserta. regiones autem ad orientem versae, Neocastra videlicet atque urbs Pergamus, (7760) Celbianum, Chliara atque Smyrna cum circumiecto regionum latere Lascari cuncta Caesari parerent.

Nunc iam fert animus omnia quae Bulgari per illud tempus contra nos fecerunt (7765) historiae reliquo pandere sermone.

Adhuc florente Byzantino imperio causa multorum exstitit malorum rei nostrae publicae Bulgarica natio. nam et Isacium, Angelum cogno-

